

Ios jncurrunt, atque offendunt. Hæc igitur Critica est legitima, & jam olim in usu fuit hodiéque eruditis approbatur, quamdiu intra suos limites & terminos consistit, cā ferè ratione, qua solent magna flumina, quæ qnamdiu intra suum alveum se continent, innoxia fluunt, & humanis commodis deser- viunt; at ubi extra ripas se evolvunt, quounque se vertunt, gravissima da- mna inferunt. Scientia critica quamdiu debitâ cum moderatione, & intra terminos rectæ rationis aliorum defectus detegit, inventa perficit, errores e- mendat, & saniora suggerit, tum verò munus suum legitimè exercet, & Reipublicæ humanæ aliquod beneficium præstat; at ubi sinistris animi affectibus abrepta Authori insultat, ignorantiam illi exprobrat, defectus exaggerat, per- peram facta traducit, & canino dente rodit, & carpit omnia, nihil tamen emendat, nullumque remedium suggerit, tunc enimvero Critica arrogan- tiā prodit, fastūmque ostentat, & jam non meretur appellari Critica, sed effrenis contradicendi ac criminandi libido: unde neque censeri potest inter hu- manas & liberales Scientias, sed inter calumnias, & illiberales censuras, quan- tumvis nomen Authoris in fronte præseferat: neque enim sanat acerba crisis, sed vulnerat; non medetur vulneri, sed vulnus exasperat, sive nomen illi ap- ponat Auctor, sive illud omittat.

Nihil horum profitetur Crisis nostra, quæ ea tantum proponet, quæ Lepto- ri erunt utilia, scitu digna, & scientiæ Geographicæ elucidandæ necessaria, nulli autem noxia.

P A R S I. C R I S I S G E O G R A P H I C A. sive De Artificio Geographico.

PROPOSITIO I.

Quid sit Geographia?

MULTIS minùs necessaria videbi-
tur hæc quæstio, cùm passim
vulgo, immo etiam Literatis
non paucis persuasum sit, Geogra-
phiam aliud non esse, quām simili-
cem orbis terrauei descriptionem,
perfectiorem quidem si adjectæ sint
Chartæ aliquot Geographicæ; imper-
fectiorem autem, si mera sit historica
Relatio. Sed hæc est ignorantia, quæ

oritur ex ipso Geographiæ nomine
perperam intellecto: neque enim re-
rum ac scientiarum nomina clarè sa-
tis explicant earundem essentias, &
naturas, sed semper opus est aliqua i-
psiis nominis explicatione, aut descrip-
tione aliquantò clariore. Est autem
Geographia non scientia aliqua spe-
culativa, sed scientia sive disciplina
practica, eaque non simplex quædam,

&

& historica Relatio rerum in orbe Ter-
raeo contentarum, sed artificiosa
earundem exhibitio & pictura: cùm-
que hæc ipsa exhibitio variis fiat mo-
dis, etiam varia sunt opera Geogra-
phica, videlicet I. Sphæra terrestris,
sive Globus artificialis, ejusdémque
compositio, & usus. II. Geolabium
seu Planisphærium terrestre, hoc est,
ejusdem Globi artificialis in planum
artificiosa projectio, & usus Globo si-
milis. III. Chartarum Geographi-
catū omnis generis accurata delineatio.
IV. Problematum Geographi-
corum Resolutio.

Igitur in rigore loquendo, &
spectando Geographiam, ut est pura
scientia mathematica, & abstrahen-
do ab omni materia, et si sati sit
exhibere, seu construere Figuras
Geographicas, hoc est, designare line-
as sive Circulos longitudinum, & lati-
tudinū Sphæræ terrestris, respondentes
ijsdē longitudinibus, & latitudinibus
Sphæræ cælestis, quod est negotium
haud adeò facile, ut multi sibi ima-
ginantur, & postea patebit ex sequen-
tibus; attamē ita pura nō est & simplex
Geographia, quæ traditur, sed aliis
etiam permixta scientiis & discipli-
nis, quarum.

I. Est Historia Geographica, quæ
eo ferè modo Geographiæ subservit,
quo modo Pictori serviunt colores,
& Fabro, atque Architecto ligna, &
lapides. Quod verò Geographi suis
delineationibus sive Chartis Geo-
graphicis plerumque adiiciant etiam
Historiam, & longas texant rerum
locotumque descriptiones, causa est,
quia in ipsis delineationibus præse-
rit Chorographicis, quæ passim
circumferuntur, res adeò multæ, &
variae commodè, & sine multa con-

fusione exprimi non possunt. Quod
ipsum tamen in Topographiis accu-
ratiōribus facilius præstari potest, ut
pote in quibus exhiberi solent mon-
tes & valles, æris & salifodinæ, syl-
væ ac solitudines, campi & agri,
vineæ & horti, fluvij, pontes & rivi, la-
cūs & paludes, thermæ & acidulæ,
cataraæ & gurgites, scopuli & cur-
rentes, animalia fera, & domestica,
villæ & pagi, urbes, oppida & arces,
castella & munimenta, & quidquid
tandem scitu & animadversione di-
gnum in orbe terraeo occurrit. Si
quæ verò ex dictis exprimi non pos-
sunt, certis denique signis & chara-
cteribus notantur, atque exprimun-
tur. Quæ omnia cùm in Chorogra-
phiis exhiberi non possint, subinde
in adjecta Historia à Geographis de-
scribuntur.

II. Geographiæ se immiscet quo-
que Scientia Astronomica, ex hujus
namque observationibus cælesti-
bus trahit Geographia verum loco-
rum situm, secundū longitudinem,
& latitudinem in orbe terraeo, &
ad quatuor mundi plagas.

III. Geographia opus habet ali-
quā Scientiā Opticā, sive Perspecti-
vā, ut juxta leges ejusdem quacun-
que Globi artificiosi partes ad certum
oculi situm, sive aspectum possit opti-
cè in plano delineare.

IV. Geographiæ necessaria est al-
liqua Scientia Trigonometrica, ut
ejus subsidio per resolutionem trian-
gulorum reperire possit distantiam
Meridianorum in quovis Parallelo: i-
tem examinare quarumcunque Char-
tarum Geographicarum constructio-
nem.

V. Geographia indiget Scientiā
Geometricā, ut ejus auxilio possit quas-
cun-

cunque mappas Geographicas è Globo artificiali in planum geometricè transcribere. Ecce quantis opus habeat impensis Geographia, ut unum tandem formet Geographum, qui nomen veri Geographi mereatur, & adimpleat. Agnovit hoc P. Ricciolus, qui idcirco subsidiarias hasce Geographiae scientias in sua Geographia Reformata fusè pertraet : at, quod mireris, de ipsa vera scientia Geographica, nempe orbis terrauei artificiosa exhibitione nec verbo quidem mentionē facit. Idem agit P. De Charles in suo Cursu Mathematico, at magis perfunctoriè : idem Cluverius, aliquique, qui vel toti sunt in emendanda Historia Geographica, aut resolvendis problematis Geographicis, aut tradendis primis principiis, ac Geographiae Rudimentis. Unus ferè Varenius in sua Geographia generali

lib. 3. cap. 32. agit tandem de compositione Globi, & Chartis Geographicis more Ptolemaico construendis : attamen difficultates præcipuas circa delineationem Chartarum Geographicarum non attingit, longè minus Chartam Geographicam pro Example ipse proponit. Ita semper facilius est speculari, & rerum fabricandarum leges, ac præcepta tradere, quam opus ipsum secundum præcepta tradita executioni mandare. Interim verum est i' lud comune pronuntiatum : Artificem commendat opus, non præcepta aut regulæ : quin quod opus ipsas etiam regulas probat esse veras : cum interim mera speculatio, & regulæ sine executione semper maneant dubiæ & incertæ. Hæc tenus de Nomine Geographiae, nunc etiam de illius artificio, & opere.

PROPOSITIO II. Quodnam opus, & Artificium Geographicum?

Opus Geographiae est Globus terrestris artefactus ad similitudinem Globi terrauei naturalis tam in plano quam in sphera representatus. Modus sive artificium representandi fit per Circulos longitudinum & latitudinum ; quem enim Globum terraueum cum omni suo apparatu suspendit natura in medio hujus universi, hunc Geographus artificio suo representat in plano, aut Globo artefacto ; hic quippe Geographi finis est principalis, hoc opus, hic labor. Porro Exhibitio Globi terrauei materialis triplex est : prima sit in Globo quodam materiali, seu artificiali ; atque haec exhibitio conformiore est Globo naturali, sive crea-

to, quam exhibito ejusdem in plano, & quanto uterque artefactus major est, tantò cæteris paribus perfectior est, quia plura capit eorum, quæ in prototypo Natura expressit. Ingenites ejusmodi machinas, sive Globos artificiales construxerunt Tycho Brahe in suo Uraniburgo, item Fredericus Dux Holsatiæ, & teste Varennio Hollandi ex ænea lamina confectum, cuius Diameter erat pedum quinque, ad Regem cuiusdam Insulæ deportarunt in Indias orientales. Minores autem ejusmodi Globi terrestres artefacti passim extant in aulis Principum & bibliothecis Eruditorum. Modum construendi globum terraueum nos tradidimus in Geogra-

POSITION

Schaffhausen Geographicum!


Gelehrte, die einen neuen Standpunkt einnehmen, der einen anderen vertritt, und der, wenn er nicht auf dem ersten Platz steht, dennoch einen gewissen Einfluss ausübt, kann es sich um eine neue Kulturgruppe handeln, die sich von der alten trennt, oder um eine Gruppe, die sich auf die alte beruft, aber sie verändert hat.

FOL. LII.

TYPVS TOTIVS ORBIS TERRAQVEI
AD VSVM GLOBO MATERIALI



TIUS ORBIS TERRAQUE GEOGRAPHICE DELINEATVS, ET
AD VSV GLOBO MATERIALI UPERINDVCENDVS.



*Quaten opere, & utilitate
varia, si quum Lectione
deponer tamen primis &
Archibemus in filio 3.
in ratiōne globi terrae
sit in planō per Genitium
apollia, & alijs Planisphaera
sternet & specie sua varia
cum compositionem in Ge-
o. scilicet dedimus; omnium
etiam, & resolutionem
variorum Geographicorum con-
tra induit iusta Geometrica
line ex altero Polo de-
scriptio aliquod exhibe-
re minore per Folum L
g. scilicet cum hoc Horizonte
sternet autem magis cum
circulo perpendiculare, & Hor-
izonte subtiliter, cura pro-
pria nigeni amplexu i-*

PROPOSITI

b) Chartis chorographi- ca Diversarum

*Chartis articulata omnia, &
vide exhibet Globus res-
ta (nihil enim in Globi
chartis) subtilissima amba
specie commoda est haben-
tia magnus est, etiam na-
turalis, & ab uno loco de-
scriptio mutatur ad alterum, &
hunc obiectu, rite statu
et legato inter se pol-
licet secundum inservit*

*Vix Chartarum Chorop-
grapharum invenire possunt
quae per se sunt, sed
ad hanc Chorographiam
pertinent, sicut inveni-
tur in aliis, sicut in aliis.*

graphia artificiali, ad quam Lectorem remittimus; ejus tamen specimen aliquod hic exhibemus in Folio 3.

Altera exhibitio globi terrauei artificiosa fit in plano per Geolabia sive Planiglobia, & alijs Planisphaeris, quorum formae & species sunt variæ. Singulorum compositionem in Geographia artif. dedimus; omnium tamen ad usum, & resolutionem Problematum Geographicorum commodissima videtur forma Geometrica Polaris, sive ex alterutro Polo descripta, cuius specimen aliquod exhibemus in forma minore per Folium K in Geogr. artif. cum suo Horizonte novo; in forma autem majore cum suo Calendario perpetuo, & Horizonte Folijs tribus majoribus, cuius denique usum insignemjam pridem à

multis desideratum 3. parte hujus opusculi dabimus.

Tertia Exhibitio artificiosa Globi terrauei fit in plano per partes ejusdem Globi, sive Chartas Geographicas, easque duplicis generis: nempe Chorographicas, & Topographicas, quarum priores sunt Exhibitio partis alicuius majoris Globi terrauei, videlicet alicuius Regni, sive Regionis, aut Provinciarum; posteriores autem aliuscujus partis minoris, sive loci privati, nempe urbis, arcis, monasterij, &c. & harum quidem Chartarum uti est maximus usus, & utilitas, ita aliquantò major est difficultas easdem ritè delineandi. Artificium utriusque delineationis, Chorographicæ, & Topographicæ hic paulò accuratius discutiemus.

PROPOSITIO III.

De Chartis chorographicis, earumque vera Delineatione.

ET si Globus artificialis omnium aptissimè exhibeat Globum naturalem (nihil enim ita Globo simile ut Globus) nihilominus tamen multis quoque incommodis est subiectus. nam si magnus est, etiam magno constat pretio, & ab uno loco difficulter transfertur ad alterum. Si verò minoris est ambitus, tunc etiam pauca scitu digna eidem inscribi possunt. Eadē ferè incommoda incurunt

Planisphaeria terrestria, etsi levioris sint pretij, & usum habeant usu Globi propè commodiorem. Eapropter Geographi excogitârunt Chartas Geographicas, quæ nihil aliud sunt, quam partes superficie Globi terreni in plano descriptæ, quarum aliquantò maiores Chorographicæ appellantur, minores autem Topographicæ; de utrisque hac Propositione singulis §§. agemus.

§. I.


Varia Chartarum Chorographicarum Delineatio.

IGitur chartæ Chorographicæ, cùm sint partes superficie Globi artificialis, ut sint legitimæ, debent esse alii quo modo globiformes, & superficie globosæ, quantū fieri potest, reponere, hoc est, Circuli Meridiani & Paralleli,

li, sive longitudinum, & latitudinum debent eandem proportionem situm. que habere ad invicem in chartis Chorographicis, quem obtinent in superficie Globi terreni artefacti; cum vero superficies plana, & superficies Globi sint prorsus diversæ rationis, idcirco æqualitas, seu conformitas perfecta inter chartas Chorographicas, & Globum artificiali obtineri non potest. Agnovit hoc Ptolomæus, Geographorum Princeps; ea propter cum perfecta æqualitatem invenire non posset, substituit inter utrumque aliquam similitudinem, quæ quanto major erit, tanto perfectiores erunt etiam chartæ Chorographicæ. Res hæc parvi momenti non est; unde candem paulò accuratiū h̄ic discutiemus; idque ut clariū succedat, ante oculos ponendum est Fol. A. ubi in triplici Forma & Figura exhibetur in plano semiglobus artificialis (integer enim Globus unā eadēmque Figurā simplici in plano exhiberi non potest) in prima quidem Figura exhibetur semiglobus per meros Circulos, primo tantum Meridiano C. B. A. & Äquatore D. B. E. exceptis, qui sunt rectilinei. In Fig. II. Exhibetur semiglobus per Meridianos circulares, excepto Meridiano primo, & Parallellos rectilineos. In Figura III. exhibetur semiglobus per Meridianos rectilineos, & Parallellos circulares. Atque hæc tres exhibitiones Globi in plano sunt præcipuae, & ex ijs derivantur omnes ferè chartæ Chorographicæ; nulla tamen earum exhibitionum perfectè conformis est Globo artificiali. In Globo namque omnes Meridiani & Paralleli sunt Circuli. Secundò omnes Meridiani in Parallellos incident ad angulos rectos; unde omnia quadrata Geographica in

Globo ejusdem seriei à duobus Meridianis, & duobus Parallelis intercepta, sunt inter se æqualia, nempe æquilatera. Tertiò in Globo artificiali omnia quadrata ab utroque Polo usque ad Äquatorem crescent globiformiter, hoc est, proportione superficie globosæ competente. Porro contra ternas hasce Globi proprietates peccant ternæ illæ Figuræ semiglobi in plano descripti. Primæ quidem duæ Figuræ nullam observant Globi proprietatem, ut constat ad oculum. Tertia Figura peccat ex eo, quod omnes Meridianos habeat rectilineos, qui proinde non observant inter se distantiam globiformem quod enim duo Meridiani A. B. & A. G. in hac Fig. III. Non distent inter se globiformiter, clarè ostenditur ex simili Figura IV., paulò majore, ubi similes duo Meridiani B. c. A. & G. m. A. rectilinei non habent distantiam inter se Globo conformem, quam tamen habent duo Meridiani curvilinei B. g. A. & G. f. A. quod duobus modis probatur; primò quidem per Arithmeticam. Positâ enim B. G. distantia Meridianorum in ipso Äquatore graduum, sine partium 10, erit d. m., sive distantia eorundem Meridianorum in Parallello gradus 30.^{mi} partiū, sive graduum 8. minut. 39. non autem graduum 7. qualis est inter c. & m. Ut enim sinus totus ad sinum complementi grad. 30., ita B. G. partium 10. ad aliud, nempe d. m. sive ut sinus totus ad B. G. sive ad sinum 1. grad. 10., ita sin. 1. gr. 60., sive complementi gr. 30. ad m. d. sive ad sin. 1. arcus quæsiti m. d. Et hac ratione composita est tabella Figuræ IV. adjecta.

Para.



FOL. A.




Fig. II.




Fig. III.







Fig. VI.





Paradigm Cat	1738
an. totus 10000. Sunc	1668
L.B. & Gregorius 11.7	1473
	1041922
	1041924
	1389220
	150584373
Respondent pro m. gr.	

o modo idem expeditum
sit per Fig. V. Geome-
trym namque Radio G.B.
scribatur semicirculus Fig. V
longitudo dividitur in duas plus in
e.g. G.C. & G.R.C. & Ang. R.C.
minus grad. 90., donec
versus longitudo divisionem videtur
min. exinde h. 10. h. 10. h. 10.
Meridionum h.c. ut
in linea p. 20. ex. di-
e 2 linea d. 30. h. 10.
a de celsus. Si igitur
p. d. g. d. c. n. v. e. s. l.
er in unum lineam co-
vita divisionem versus. Et
nam inter duos Meridi-
o. G. A. etiammodum d.
va quia habent duos Meri-
d. o. G. m. A. rectilinei, co-
muni tunc Meridiani in

Paradigma Calculi.

Sinus totus 100000. Sinus complementi grad. 30. 86602,
Sin. I. B. G. sive gradum 10. 17368

$$\begin{array}{r}
 1\ 7\ 3\ 6\ 5. \\
 8\ 6\ 6\ 0\ 2. \\
 \hline
 3\ 4\ 7\ 3\ 0. \\
 1\ 0\ 4\ 1\ 9\ 0\ 0. \\
 1\ 0\ 4\ 1\ 9\ 0. \\
 \hline
 1\ 3\ 8\ 9\ 2\ 0. \\
 \hline
 1\ 5\ 0\ 3\ 8\ 4\ 3\ 7\ 3\ 0. \quad \text{sin. I. m. d.} \\
 \text{Respondent pro m. d. gr. 8. min. 39.}
 \end{array}$$

Scundo modo idem expeditius ostenditur per Fig. V. Geometricam; sumpto namque Radio G. B. è Fig. IV. discribatur semicirculus A. B. C. eodemque diviso in duos quadrantes A. B. G. & G. B. C., & quolibet horum in grad. 90., ducantur rectæ lineæ ad singula divisionum puncta opposita, eritque b. 10. hujus Fig. V. distantia Meridianorum b. c. Fig. IV. item linea p. 20. erit distantia p. q. & linea d. 30. distantia d. m. & ita de reliquis. Si igitur puncta B. b. p. d. g. &c. usque ad A. contrahantur in unam lineam curvam, dabit illa distantiam veram, & globiformem inter duos Meridianos B. A. & G. A. admodum diversam ab ea, quam habent duo Meridiani B. c. A. & G. m. A. rectilinei, cuiusmodi sunt omnes Meridiani in Fig. III.

Atque hæc est emendatio, quam suis chartis Chorographicis adhibuit Ptolomæus (& qui eum secuti sunt, hodièque sequuntur passim Geographi) sed hoc agendo unum defectum correxit, & alterum incurrit; in Figura namque IV. rectilinea (eadem est ratio in Fig. III.) omnia quadrata Geo-

graphica sunt rectangula, quemadmodum in Globo artificiali (intellige, si Paralleli sint Circuli.) at in eadem Fig. IV. correcta quadrata non amplius sunt rectangula; quia Meridianus A. g. B. correctus, & curvilineus jam obliquè incidit in suos Parallellos, tum verò longè maximè, quando etiam Paralleli non sunt Circuli, sed rectilinei, quales in suis mappis Chorographicis posuit Ptolomæus, & alij cum ipso plerique Geographi etiam moderni.


Exhibeamus nunc ejusmodi Chorographiam Ptolomaico-Samsonianam in Fig. X., & hoc agendo extrahamus eam exuna Figura semiglobi è tribus in plano descriptis. Sit ea partium, seu gradum 50. in longitudine, & 30. gradum in latitudine, nempe à gradu 30. usque ad 60. extensa, & literis s. u. e. c. contenta: vel certè in latitudine tantum 20. graduum, & literis s. u. d. b. conclusa. Hanc igitur Chorographiam, seu partem Globi artificialis modo Ptolomaico repræsentemus in plano, & forma aliquantò majore, quam in tribus Planosphærijs totidem literis s. u. e. c. repræsentetur.

Du-

Ducatur itaque recta linea sive Meridianus primarius quantuscunque e. u. dividaturque in partes tres æquales, nempe e b, b a, & a u, earumque singulæ rursus in partes sive gradus 10. æquales. Tum verò è singulis saltem 10. punctis sive gradibus, exempli grat. punctis e, b, a, u, producantur perpendiculares lineæ, nempe e. c. pro Parallelo grad. 30., b. d. pro Parallelo grad. 40., a. x. pro Parallelo grad. 50., & u.s pro Parallelo grad. 60. In hos Parallelos è Fig. VI transferantur spatia singulis Parallelis respondentia, nempe spatium e. c. in Fig. X. transferatur ex e. in f, ex f. in g, & ex g. in h, codem modo Fig. VI. spatium b. d. in Fig. X. ex b. transferatur in i., ex i. in k., ex k. in l. Rursus è Figura VI. spatium a. x. in Figura X. transferatur ex a. in m, ex m. in n, ex n. in o, & ex o. in p, & ita deinceps. Tum verò singula hæc puncta conneæte per lineam curvam, nempe q. m. i. f., quæ erit Meridianus verus graduum 40. à Meridiano rectilineo diversus. Eodem modo r. n. k. g. Meridianus graduum 30. t. o. l. h. Meridianus gradum 20. & ita de reliquis; eruntque Meridiani curvilinei, totapue hæc Figura Chorographica Ptolomaicè & illa ipsa, quam Nicolaus Samson Geographus Regius in sua Europa proposuit, & in suo Atlante minore Parisijs impressit. Verùm hæc ipsa Figura quantumvis correta, à superficie tamen Globi artificiosi, adeoque à suo prototypo gravissimè aberrat. In primis enim Parallelos omnes ha-

bet rectilineos, cùm tamen illi in Globo artificiali omnes sint Circuli. 2. dò Meridiani omnes, excepto Primo, obliquè incident in suos Parallellos: unde omnia quadrata totius Figuræ X. & secundum angulos & secundum latera sunt inæqualia, quæ tamen in Globo terreno in eadem serie sunt æquiangula & æquilatera: adeoque tota hæc Figura est prorsus inæqualis & disformis suo prototypo, totamque Europam erroneam, & aliam proponit, quæ re ipsa in Globo artificiali, & naturali existit. Sed ecce unam tantum Chorographiæ Samsonianæ (nempe Europæ) partem in Figura VIII. tibi exhibeo, nimirum Hispaniam, quæ prorsus deformis, & Globo disformis est, utpote in quo forma Hispaniæ est longè à Samsoniana diversa, qualis nempe in Fig. IX. proponitur.

Possent fortassis dissimulari allati modò defectus, quia passim alijs etiam Geographis usitati, nisi longè graviores inde sequerentur excessus, cujus modi sunt: quod in his delinationibus Chorographicis omnium locorum distantiae fallant, & à vero aberrent. Rem ipsam uno alteroꝝ Exemplo in hac Chorographia Samsoniana ad oculum demonstro. Ponit Samson in sua Europa longitudinem Madriti grad. 14. min. 30., item Lutetiæ longitudinem gr. 23. min. 10. Ex his datis formatur hoc modo calculus.



EXEM-

Dicitur Chorographia	Exempli
Quintus diæctans Natura	
Item Longitudine 14. min.	
Lutetia Longitudo	
Diferentia 4	
Semiring. Diffr. 14. min.	
Idem	
Complem. Madr. 4	
Complem. Lutet. 4	
Differ. Latitud. 4	
Diplom. arcis gr. 6. min. 1	
Semicircus 3	
Diplom. 6. 1	
Differ. Lat. 8. 1	
Diffr. in grad. 10. 1	
In Lutetia Germanica	
verò eadem diffr. etiam	
Quatuor Samsonianæ Calc.	
In naturâ diffracionem venit	
disconformis inter Madritum	
et Lutetiam, gradum 10. min. 10.	
et quibus respondet Lutetia	
min. 21. 10. Sume nunc epe co-	
niam in ipsa Charta Samsoniana	
EXEMPLI	
Quatuor Distantias inter Eddam	
Eddam, Long. gr. 12. min.	
Stockholm. Long. 41.	
Differ. Long. 25	
Semiring. Diffr. 14. min. 10.	
Idem	
Complem. Eddam. 39. 6.	
Complem. Stockholm. 40. 4.	
Different. Latit. 5. 1.	
Diplom. arcis 12. 30. 1	
Semicircus 4. 10. 1	
Diplom. 12. 30. 1	
Differ. Latit. 5. 1. 10.	
Diffr. in grad. 13. 1. 10.	
Hab. respondet Lutetia G.	
Datus vero oblongus 10. 10.	

E X E M P L U M . I.

Quæritur distantia Madritum inter, & Lutetiam.

Madriti Longitudo gr. 14. min. 30. Latit. gr. 40. min. 12.

Lutetiae Longitudo 23. 10. Latit. 48. 50.

Differentia -8. 40. Diff: -8. 38.

Semiang. Differ.	gr. 4.	min. 20.	L.	887828.
Idem	4.	20.	L.	887828.
Complem. Madr.	49.	48.	L.	988297.
Complem. Lutet.	41.	10.	L.	981839.
Differ. Latitud.	-8.	38.	T.	1000494.

Duplum arcus	gr. 6.	min. 10.	38.	LL.	1746286.
Seminarcus	3.	-5.	19.	L.	873143.
Duplum	6.	10.	38.	L.2.	99974710.
Differ. Lat.	8.	38.	00.	L.2	99950510.
Distant. in grad.	10.	36.	-8.	L.2.	99925220.

In Leucis Germanicis 159. In Chorographia
verò eadem distant. est Leuc. 188. Different. 29.

Ecce! ex datis Samsonianis Calcu-
lus manifestat distantiam veram
& Globo conformem, inter Madritum
& Lutetiam, graduum 10. min. 36.
& sec. 8. quibus respondent Leucæ
Germanicæ 159. Sume nunc ope cir-
cini etiam in ipsa Charta Samsoniana

distantiam Madriti, & Parisiorum,
eamque applica scalæ Leucarum A. B.,
& deprehendes Leucas 188., eritque
differentia inter Calculum & Char-
tam Chorographicam 29. Leucarum,
quibus hæc à Globo, & vero aberrat.

E X E M P L U M . II.

Quæritur Distantia inter Edemburgum, & Stockholmium.

Edemburg. Longit. gr. 17. min. 5. Latitud. gr. 56. min. 15.

Stockholm. Longit. 41. 0. Latitud. 59. 20.

Differ. Longit. 23. 55. Differ. -3 -5.

Semiang. Differ.	gr. 11.	57 min.	L.	931609.
Idem	11.	57.	L.	931609.
Complem. Edemb.	33.	45.	L.	974473.
Complem. Stockhol.	30.	40.	L.	970760.
Differ. Latit.	-3.	-5.	Sec.	T.

Duplum arcus	12.	39.	52.	LL.	1808513.
Semiarcus	-6.	19.	56.	L.	904256.

Duplum	12.	39.	52.	L.2.	99893032.
Differ. Latit.	-3.	-5.	00.	L.2.	99993708.

Dist. in grad. 13. -1. 43. | L.2. 99886740.

His respondent Leucæ Germanicæ 195. In
Charta verò obtinentur 215. Different. Leuc. 20.

Propositio III.

E X E M P L U M III.

Quæritur distantia inter Romam, & Madritum.

Romæ Longitudo gr. 36. min. 12. Latit. gr. 42. min. 0.

Madriti Longitud. 14. 30. Latit. 40. 12.Different. Longit. 21. 42. Differ. -1. 48.

Semidiffer. grad. 10. 51. min. L. 927470.

Eadem 10. 51. L. 927470.

Complem. Rom. 48. 00. L. 987107.

Compl. Madr. 49. 48. L. 988297.

Differ. Latit. -1. 48. Sec. T. 1000021.

Duplum 16. 18. 34. LL. 1830365.

Semiarcus -8. -9. 17. L. 915182.

Duplum 16. 18. 34. L.2. 998215.

Diff. Lat. -1. 48. 00. L.2. 999978.

Grad. distant. 16. 24. 45. L.2. 998193.

Huic respondent Leucæ Germ. 246. In Charra
habentur 253. Different. Leuc. 7.

E X E M P L U M IV.

Quæritur distantia Romam inter , & Edemburgum.

Romæ Longit. gr. 36. min. 12. Latit. gr. 42. min. 0.

Edemb. Long. 17. -5. Latit. 56. 15.Differ. Long. 19. -7. Sec. Diff. 14. 15.

Semidifferent. gr. 9 min. 33. 30. L. 922024.

Eadem -9. 33. 30. L. 922024.

Complem. Rom. 48. 00. 00. L. 987107.

Complem. Edemb. 33. 45. 00. L. 974474.

Differ. Latitud. 14. 15. 00. T. 1001357.

Duplum 12. 26. 36. LL. 1806986.

Semiarcus -6. 13. 18. L. 903493.

Duplum 12. 26. 36. L.2. 998967.

Differ. Lat. 14. 15. 00. L.2. 998643.

Gradus dist. 18. 50. 00. L.2. 997610.

His debentur Leucæ Germ. $282\frac{1}{2}$. Ex Charta
habentur 247. Different. $39\frac{1}{2}$.

EXEM-



E X E M P L U M V.

Quæritur Distantia Madridum inter, & Stockholmum.

Madrit. Long.	gr. 14. mi. 30.	Latit. gr. 40.	min. 12.	
Stockhol. Long.	41. 00.	Latit.	59.	20.
Differ. Longit.	26. 30.	Diff.	19.	- 8.
Semidiff. Long.	13. 15.	L.	93 60 21.	
Eadem	13. 15.	L.	93 60 21.	
Complem. Madr.	49. 48.	L.	98 82 97.	
Complem. Stockol.	30. 40.	L.	97 07 60.	
Differ. Latit.	19. - 8.	T.	100 24 67.	
Sec.				
Duplum grad. 16. min. 55.	36.	LL.	18 33 566.	
Semiss.	- 8.	27. 48.	L.	9 16 783.
Duplum	16. 55.	36.	L. 2.	9 9 80 76.
Diff. lat.	19. - 8.	00.	L. 2.	99 75 32.
Grad. Dist.	25. 20.	00.	L. 2.	99 56 08.
Quibus respondent Leucæ Germ. 380. In Charta habentur 443. Different. Leuc. 63.				

Ecce, ut hæc Chorographia Samsoniana intra Latitudinem 20. graduum aberrat à Calculo, & in degeneranda distantia duorum Locorum Madriti, & Stockholmij Leucis Germanicis 63., Gallicis autem 84., & Italicis omnino 252. Quis igitur jam dicat, hanc Europæ Chorographiam Samsonianam esse legitimam, & veram hujus partis terrenæ exhibitionem Geographicam? utpote in qua nec Regionis forma, nec locorum distantia, neque ulla sincera conformitas Globi artificialis & naturalis exprimitur. Interim ejusmodi defectus (utjam suprà insinuavimus) non soli imputandi sunt Samsoni, qui insignem suam peritiam Geographicam in tot præclaris suis operibus in lucem editis toti mundo celebrem, & estimatamque reddidit, sed alijs etiam Geographis antiquis, & modernis,

cumprimis verò ipsimet Ptolomæo, qui in suis Chorographijs (quæ saepius excusæ hodiéque circumferuntur, ac celebrantur) Historiam æquè ac artificium Geographicum imperfectum planè, ac erroribus refertum posteris reliquit. Ejus Historiam Geographicam sensim vetustate sua obsoletam complures Geographi emendandam sibi sumpserunt; artificium verò qui emendare studuerit, quidem vix unum, alterumve reperio. Ecce brevem Geographorum potissimum Catalogum, qui post Ptolomæum usque ad hanc nostram tempestatem in Geographia desudarunt, eamque nihilominus imperfectam, & in plurimis erroneam reliquerunt; cum nemo unquam futurus sit, qui huic tam vastæ moli terrenæ omnes tandem pulveres abstergat.

Elenchus Geographorum.

Abrahamus Ortelius Antverpiensis Belga compositus Theatrum Geographicum orbis terrarum, Historia & Chartis Geographicis instrutum. Obiit anno 1598.

Augustinus Lubin Gallus Geographus Regius, Ord. S. Augustini, scripsit Orbem Augustinianum, & Chartas ipse incidit. Obiit anno 1660.

Bernardus Varenus Medicinæ Doctor, atque insignis Geographus, qui, ut ipse scribit, patriâ ignibus vastatâ, Amstelodamum concessit, ibique Geographiam universalem edidit. Floruit anno 1650.

P. Coronelli Ord. S. Francisci Generalis, Reipublicæ Venetæ Cosmographus in aliquot Tomis Atlantem magnum edidit.

Dominicus Marius Niger Venetus scripsit 26. libros Commentar. in Geographiam. Vixit anno 1490.

Georgius Furnerius Cadomensis Gallus Soc. Jesu scripsit Geographiam Orbis notitiam per maris littora, & ripas fluminum, aliisque. Obiit anno 1652.

Gerardus Mercator Rupelmundanus Flander Ptolemæi Geographiam restituit, habitus Geographia Principe sui temporis. Obiit anno 1594. & post ejus obitum Atlantem contratum duobus Tomis ediderunt Joannes & Jodocus Jansonius.

Guilielmus Blaw Amstelodamensis edidit duo magna volumina Atlantis novi. Obiit anno 1638. & post ejus obitum Joannes ejus filius alia 4. volumina cum Theatro urbi ac munimentorum superaddidit.

Guilielmus Camdenus Londi-

nensis Anglus edidit descriptionem magnæ Britanniæ; vnde nomen sortitus est Strabonis Anglicani. Vixit anno 1600.

Joannes Antonius Maginus Patavinus Italus commentatus est in Geographiam Ptolomæi. Præterea edidit Orbis, & Italiae peculiarem descriptionem. Mortuus est anno 1617.

Joannes Baptista Nicolosius Siculus Sacerdos, edidit Romæ descriptiōnem Orbis, quam vocavit Herculem Siculum. Obiit Romæ anno 1670.

Joannes Baptista Ricciolus Ferrarensis Societ. Jesu, vir amplissimi ingenij, edidit Geographiam Reformatam, in qua tamen, inquit Nicolaus Loydius in suo Dictionario Historico, plus ineſt Mathematics (rectius dixisset, Astronomia & Geometria) quam Geographia. Obiit anno 1671.

Joannes Boterus Pedemontanus Abbas S. Michaëlis de Clausula, Relationem universalem scripsit. Obiit anno 1608.

Joannnes, & Henricus Hondius complures Chartas Chorographicas ipsi ediderunt, & Mercatoris Atlantem in novam & minorem formam, sive compendium restrinxerunt anno 1607.

Joannes, & Jodocus Janson Belgæ ediderunt Gerardi Mercatoris Atlantem contraṭum 2. Tomis anno 1566.

Martinus Martinus Tridentinus Tirolensis Societ. Jesu, insignis Missionarius Chinensis, edidit Atlantem Sinicum. Obiit anno 1661.

Michaël Antonius Baudrand Parisinus edidit Historiam Geographiam universalem, sive Lexicon Geographicum. Vixit anno 1682.

Nico-

Nicolaus Samson Abbevillanus Gallus Geographus Regius, & suo tempore Geographorum Choriphæus, antiquam Historiam Geographicam magnam partem à suis erroribus purgavit, Atlantem majorem & minorem, aliisque opera Geographica in lucem emisit. Obiit anno 1667. quem secutus Guilielmus Filius Parentis opera, & labores Geographicos egregie promovit.

Olfodus Dapperus Belga Medicus edidit Historiam Geographicam 4. mundi partium circa annum 1660.

Petrus Appianus, & Philippus eius filius uterque Ingolstadij Mathesin docuit: prior Cosmographiam edidit, posterior insignem Bavariæ Chorographiæ delineavit anno 1563.

Petrus d' Avity Vivariensis Gallus edidit Historiam Geographicam universalem. Obiit anno 1637.

Petrus Bertus Flander ex Berera vico edidit Ptolomæi Geographiam græcè & latinè; varias item Chartas & opera Geographica. Docuit Parisiis Geographus Regius, & obiit ann. 1629.

Petrus Duval Abbevillanus Gallus edidit varias Chartas Geographicas majores, & totius Historiæ Geographicæ compendium cum Chartis minutioribus. Fuit Geographus Regius, & floruit anno 1670.

Philippus Brietius Abbevillanus Soc. Jesu scripsit Parallelæ veteris & novæ Historiæ Geographicæ totius Europæ, & priùs vitam quam reliquas tres partes absolvit. Edidit etiam Chartas Geographicas. Mortuus est anno 1668.

Philippus Cluverius Pruthenus edidit novæ ac veteris Germaniæ & Italiæ Chartas & Historiam; item Introductionem in universam Geogra-

phiam. Obiit ann. 1623.

Philippus Ferrarius Alexandrinus Italus Ordinis Servorum B. mæ Virgini bis Generalis, Ticini Mathesin docuit. Edidit Epitomen Geographicam, aliisque. Obiit anno 1626.

Sebastianus Münsterus Ingehemensis Germanus, Basileæ Mathesin docuit, Cosmographiam edidit, eamque Carolo V. dedicavit.

Ex enumeratis his Geographis quidam unicè Historiam Geographicam pertractârunt, eamque in magna volumina diffusa m proposuerunt, cujusmodi sunt, Boterus, d'Avity, Dapperus, Baudrandus, Münsterus &c. alii præterea H. storiarum etiam Chartas Geographicas multo labore concinnatas, & Historiarum utcunque conformes superaddiderunt, idque præstiterunt, Ortelius, Lubinus, Mercator, Magnus, Nicolosi, Jansonius, Blaw, Coronellus, Martinius, Bertius, Cluverius, Brietius, aliisque.


Memoratis Geographis per intervalla successerunt Andreas Buræus, Nicolaus Vischer, Fridericus de With, Justus, & Theodorus Danckerts, Petrus Schenck, Gerardus Valck, Johannes de Ram, Carolus Alardus &c plerique Belgæ, qui identidem præcedentium, præcipue vero Nicolai Samsonis, Chartas Geographicas recuderunt. Idem factarunt Galli Geographi Malletus De Fere, La Croix, Tillemont, Nolin, aliisque passim, è quibus tamen omnibus vix unus alterve fuit, qui de artificio Geographicæ ex instituto mentionem intulerit præter doctissimum Varenium, qui illud L. III. Geographiæ Generalis c. 32. fusè pertractavit, totus tamen ferè in explicanda, & tradenda Optica Globi terreni in planum projectione ad certum oculi situm &


distantiam, ut solet ars Optica perspectiva omnia objecta representare in plano, non ut revera sunt, sed semper minora, ac deformata, prout oculo in certa distantia, sitque ab objecto constituto apparent. Hoc autem nihil facit ad rem Geographiae, quae unicè laborat, ut Globum terraqueum in Globo & plano ad verū, aut certè vero proximum spectatori artificiosè proponat; atque hoc ipsum spectator unicè desiderat. Ecce hæc ipsius Varenij verba cit. cap. prop. 6. Tabularum (Geographicarum) enim harum finis est, ut, quam fieri potest, aptissimè & ad vivum exprimant situm locorum in superficie telluris. Et paulo post subjungit: sciendum enim est, ad triplicem finem respiciendum esse, & attendendum in confectione Mapparum (Geographicarum) primò ut omnia loca ad præcipuos telluris Circulos, nempe ad Æquatorem, Parallelos, Meridianos habeant talem situm, & distantiam, sicut in ipsa tellure, ut ita ex illis Tabulis Geographicis locorum singulorum Parallelus, distantia ab Æquatore, à Polo, Zona, Clima &c. conspici possit, quoniam inde dependent plurimæ proprietates Regionum, & apparentiæ cælestes. secundò ut magnitudines singularum Regionum eam proportionem habeant, quam in ipsa tellure. tertio ut loca quælibet eum ad se invicem situm, eam quoque distantiam habeant, quam in ipsa tellure.

Hæc quidem Varenius sapienter constituit, errores tamen, quos cum Ptolomæo & Samsone in delineandis Chorographiis plerique Geographi admittunt, aut dissimulavit, aut certè non advertit. Edidit Nicolaus

Samson Geographus Regius Atlantem minorem cum Mappis Chorographicis itidem formæ minoris, quem ipsem aucto magni æstimat: sed cùm omnes Mappæ illius Chorographicæ per Parallelos rectilineos perperam sint constructæ, alias earum in Parte 1. sive descriptione Europæ Francofurti idiomate Germano editâ nonnemo recto nomine correxit, & Circulos Parallelos pro rectilineis substituit. Hunc ipsum errorrem gravissimum animadvertisit jam olim Gerardus Mercator in Descriptione Europæ, Andreas Buræus in Descriptione Scandinaviae, Nicolaus Vischer in Descriptione Moscoviae, Ioannes de Ram in Chorographia Poloniæ &c., qui proinde pro Parallelis rectilineis usi sunt Circulis perfectis: at in hoc postea defecerunt, quod aliqui Meridianos non correctos, sed rectilineos usurparint.

Ut igitur Chartæ Chorographicæ in plano descriptæ proximè accedant ad Globum terraqueum, necesse est, ut per Parallelos Circulos (quemadmodum in Globo terreno usuvenit) & per Meridianos saltem correctos exprimantur: hæ namque solent exhibere veras distantias locorum per aliquam certam menturam, sive scalam milliarium, aut Leucarum, non item Chorographiæ Opticæ, aut per Parallelos rectilineos exhibitæ. Varenius autem postquam propos. 8.. cap. 32. concessit, in Chorographiis particularibus posse beneficio scalæ in milliaribus, aut Leucis cognosci locorum distantias, paulo post, & eodem loco absolutè negat, ullo modo posse fieri Mappam, quæ veras locorum distantias exhibeat: sed ad has imprimendas vult recurrendum esse ad Globum,





De Carte Geographica
et Universitatis universi-
tatis Calculum rigon-
ometricum fortiter intereat
et propositio communis, & p[ro]p[ri]etatis
delineandi methodum.

¶ II.
ut Legimus Chartas Chor-
ographicas, & de

latis percipiuntur sequentia,
etiam paucis repetenda sum,
positione II. proximum:
Descriptionem Globi Geo-
graphici feri per menu
in toto namque Globo ar-
bitraria quicunque linea recta
erit, ut inspiciam vel ad
partem) qui Circuli in Glo-
bo sunt apparentes, & ex
arbitrio suorum habet, & in-
venientur.

I. Charta Geographica
et Globi articulis: Charta
spatium maius, Topogra-
phie minoribus; unde hi
potius sunt, nomen Globi arti-
ficialis & proportionata.

Item modo, & inde me-
ritum, quibus describunt que-
ntur, nomen per Circu-
los & Parallelas, funda-
menta Leibnizianum. Con-
tra hanc quendam propo-
rietatem prouberantem, eu-
stachies in rotunda & cir-
culari etenim Chorographi-

ca, & decursum in linea
recta, quando Charta
sunt conformes superfici
et le effigie sua que-
ntur, nomen per magna con-
vexitatem, quae non
est in Chorographia, sed in

bum, vel ad Planisphaerium universale, vel certe ad Calculum trigonometricum; quae assertio forte tolerari potest spectando communem, & passim usitatam delineandi methodum;

non item, si modus verus, ac legitimus adhibetur, quem si Varenius non ignoravit, saltem se scire non ostendit.

§ II.

Verus ac Legitimus Chartas Chorographicas delineandi modus proponitur, & demonstratur.

UT clarius percipientur sequentia, hic denuo paucis repetenda sunt, quæ Propositione II. præmisimus: nempe I. Descriptionem Globi Geographici artificialis fieri per meros Circulos (in toto namque Globo artificiali nec una quidem linea recta deprehenditur, ut insipienti vel ad oculum patebit) qui Circuli in Globo artificiali sunt apparentes, & expressi, in naturali autem ficti, & imaginarij. II. Chartas Geographicas esse partes Globi artificialis: Chorographicas quidem maiores, Topographicas autem minores; unde hæ partes ut sint suo toti, nempe Globo artificiali, conformes & proportionatae, debent eodem modo, & iisdem mediis describi, quibus describitur ipse Globus artificialis, nempe per Circulos Meridianos & Parallellos, sive Longitudinum & Latitudinum. Cum vero Globus habeat quandam prominentiam, sive protuberantiam, ejusqueta superficies sit rotunda & circularis; Chartæ autem Chorographicæ sint planæ, & decurrant in linea recta, queritur, quomodo Chartæ planæ possint conformari superficie globosæ? In resolutione huius questionis & difficultatis pars magna consistit artificij Geographici, quam non sat complanavit Ptolomæus, sed (ut

jam aliás memini) neque ejus sectatores Geographi etiam moderni magnopere videntur ad artificium reflectere, sed omnem operam soli dunt taxat Historiæ perficiendæ impende: cum tamen idem planè sit delineationi Geographicæ obiter, & perpetram factæ urbes, ac oppida inscribere, atque fundamento improportionato, ac distorto totam fabricam superædificare. Fundamentum namque cùjuscunque delineationis Geographicæ est legitima, & quām potest fieri, accurata Circulorum Longitudinis ac Latitudinis Geographicæ proportio, & Globo artificiali quām simillima in plano dispositio; tantóque Chorographia erit perfectior, quantò hæc dispositio, & Circulorum ordo erit accuratior, & Globo conformior. Sed nunc hæc ipsa uno alterōve Paradigmate ostendamus evidentiū.

Folio B. exhibentur duæ Semi-Chorographiæ, una literis G. E. F. H. contenta, & modo Ptolomaico ac Samsoniano per Parallelos rectos & Meridianos correctos proposita: altera verò literis E. K. M. F. per Parallelos Circulos, & Meridianos correctos designata. His duabus Semi-Chorographiis inserui pro more aliquas tantum urbes, Longitudine & Latitudine earum ex nostris Tabellis Geo-

gra-

graphicis desumptis; quarum distantiae veræ juxta Varenij assertum non possunt deprehendi per scalam, sive mensuram Leucarum (quam ad latus H. G. apposui) in semi-Chorographia Ptolemaica sive rectilinea, possunt autem deprehendi in semi-Chorographia curvilinea. Sumatur enim circino distantia, quæ est in Semi-Chorographia rectilinea H. G. E. F. Madritum inter, & Parisios, eaque applicetur ad scalam Leucarum H. G., & prodibunt Leucæ Germanicæ 168. Rursus eorundem locorum distantia sumatur etiam in Chorographia curvilinea

E. K. M. F., & deprehendentur leucæ Germanicæ 137. & $\frac{1}{2}$. Quaritur jam, utra ex duabus hisce distantias sit vera, & legitima? Cùm igitur, etiam Varenio teste, solus Calculus trigonometricus sit verus hujus controversiæ iudex, instruatur hic Calculus ex data utriusq; urbis Longitudine & Latitudine, & facta operatione reperientur Leucæ 137. cum $\frac{1}{2}$, totidem nimirum, quot repertæ sunt in Chorographia curvilinea: ergo hæc est vera, altera vero rectilinea falsa, cùm 31. Leucis à Calculo aberret. Sed en ipsum

PARADIGMA I.

Quaritur Distantia inter Madritum & Parisios, datis ex nostris Tabulis desumptis.

Madriti Longit. gr. 18. min. 20.	Latitud. gr. 40. min. 46.
Parisior. Long. 24.	30 Latitud. 48. 50.
Differ. - 6.	10. Differ. - 8. - 4.
Semidiff. Longit. - 3.	- 5. L. 87306 8.
Eadem - 3.	- 5. L. 87306 8.
Complem. Madr. 49.	14. L. 987931.
Compl. Parif. 41.	10. L. 981839.
Differ. Latit. - 8.	- 4. sec. T. 1000431.
Duplum arcus - 4.	22. 28. LL. 1716337.
Semiss. - 2.	11. 14. L. 858168.
Duplum - 4.	22. 28 L. 2 99987329.
Differ. Lat. - 8.	- 4. 00. L. 2 99956815.
Gradus dist. - 9.	10. 11. L. 2 99944144.
His respondent Leucæ Germanicæ 137 & $\frac{1}{2}$.	

Lectorem hic animaduertere nescire est, Leucarum numerum per Calculum productum, & in Chorographia curvilinea repertum, verum esse, posito, quod ipsa quoque Longitudo & Latitudo dictarum urbium

sit legitima. In Chorographia autem rectilinea distantiam semper falsam esse, etiam quando Longitudo & Latitudo locorum vera est; an vero utraq; vera sit, Astronomi potius est determinare, quam Geographi, cùm hoc

hoc certius ex astris, quam ex inter- admodum in Geographia artificiali
vallis itinerariis obtineri possit, quem- id fusè demonstravimus,

Paradigma II.

*Queritur Distantia Madritum inter, & Viennam Austriae, datis ex no-
stris Tabulis desumptis.*

Madriti Longitudo	gr. 18.	min. 20.	Latitudo	gr. 40.	min. 46.
Viennæ Longitud.	40.	00.	Latitudo	48.	22.
Differ. Longit.	21.	40.	Differ. Lat.	-7.	36.

His datis ex Calculo prodeunt pro distantia quæsita gr. 17. min. 7. sec. 15., qui-
bus respondent Leucæ Germanicæ $256\frac{3}{4}$. Ex Chorographia curvilinea ha-
bentur Leuc. 256. Ex Chorographia rectilinea Leuc. Germ. 287. Unde hæc à
Calculo aberrat Leucis Germ. 30. & $\frac{1}{4}$.

Paradigma III.

*Queritur Distantia Romam inter, & Dublinum, datis ex nostris Ta-
bulis desumptis.*

Romæ Longitudo	gr. 36.	min. 18.	Lat.	gr. 42.	min. 00.
Dublini Longit.	gr. 15.	min. 28.	Lat.	53.	11.
Differ. Longit.	gr. 20.	min. 50.	Diff.	11.	11.

Quibus datis per Calculum eruitur distantia gr. 17. min. 51. In Leucis $267\frac{3}{4}$. Ex
Chorographia curvilinea Leuc. 269. Ex rectilinea Leuc. 230.; unde hæc 37:
Leucis à vero aberrat.

Paradigma IV.

*Queritur Distantia Hispalis, & Stockholmie, datis ex nostris Tabulis
desumptis.*

Hispalis Longitudo	gr. 15.	min. 34.	Latit.	gr. 37.	min. 35.
Stockholm. Longit-	41.	21.	Latit.	59.	21.
Different. Longit.	25.	47.	Diff.	21.	46.

His datis per Calculum obtinetur distantia grad. 27. min. 19., quibus de-
bentur Leucæ German. $409\frac{1}{2}$. Ex Chorographia curvilinea Leuc. $409\frac{1}{2}$.

Ex Chorographia rectilinea ² Leuc. 476.

Ad oculum igitur patet, Chartas
Chorographicas curvilineas sine com-
paratione præstare rectilineis; cùm
prioris accurate exhibeant locorum
distantias Calculo, & Globo confor-

mes etiam ultra quadringentas Leucas
Germanicas, non item posteriores.
Et ratio hujus in promptu est: quia
Chorographiae curvilineæ proximè
accedunt ad formam Globi, rectili-
næ

C

neæ verò Globo penitus sunt diffor-
mes.


Erit fortassis nonnemo, qui ob-
tendet longè majorem difficultatem
in delineandis Chorographiis curvi-
lineis, quām rectilineis. At non ap-
paret major difficultas in describendis
Circulis Parallelis, quām in rectili-
neis, quod ostendo in Exemplo. Du-
catur enim in medio Folij B, recta li-
nea E. F. pro Meridiano primario (qui
semper medium locum obtinere de-
bet) isque dividatur in tot partes si-
ve gradus, quot Chorographia pro-
posita requirit; tum verò eadem linea
sive Meridianus non nihil ultra Cho-
rographiam ex parte E. producatur ad
tot partes seu gradus, quot supersunt
usque ad partes seu gradus 90. Dein in
puncto partis sive gradus 90.^{mi} statua-
tur pes unus circini, & alter proten-
datur primò in B, ad gradum 70. &
per illum ducatur arcus B.C. (in Semi-
Chorographia, qualem hic proponi-
mus) deinde protendatur etiam ad
gradum 60., & sic deinceps ad reli-
quos; quo modo longè feliciùs ac ci-
tiùs describentur arcus, quām lineæ
Parallelæ. Quòd si deinde ex Figura
III. transferantur distantiae singulæ
singulis gradibus competentes in Cir-
culos Parallelos, ut solent transferri
in Parallelos rectos, eodem modo,
immo expeditius describentur Cho-
rographiæ curvilineæ, quām rectili-
neæ. Et verò etsi majori labore sta-
rent Mappæ Chorographicæ per Paral-
lelos curvilineos describendæ, quām
per lineas rectas faciendæ, operæ tamē


pretium esset, laborem hunc impen-
dere, ut Mappæ accuratiores prodi-
rent. Porro in designandis, & redi-
ficandis Meridianis idem est utrobi-
que labor, eadémque difficultas.


Igitur cùm difficilior sit Meridia-
norum, quām Parallelorum correctio,
mirum est, quòd illa potius, quām
hæc à Geographis adeò solicite obser-
vetur, cùm tamen Paralleli recti lon-
gè graviores errores inferant Descri-
ptionibus Chorographicis, quām
Meridiani itidem recti, quod rursus in
Exemplo, & ad oculum demonstro.
Sint enim in Folio C. duæ Semi-Cho-
rographiæ ejusdem quantitatis, sive
graduum totidem: una quidem in Fig.
III. cum Parallelis Circulis, & Meri-
dianis curvilineis; altera verò in Fi-
gura II. itidem cum Parallelis Circu-
lis, sed cum Meridianis rectilineis, qui
sumptis ex Figura I. distantjis pro su-
premo tantum Parallello E.D. gra-
duum 70., & pro infimo M.N. graduum
40. ad puncta opposita producti da-
bunt Figuram Chorographicam Glo-
bo artificio admodum conformem;
Figura quoque II. modo dicto deli-
neata, licet eminentem Globi superfi-
ciem non assequatur omnimodè, ab
ea tamen & à Figura III. vix notabi-
liter aberrat: neque enim distantias,
aut naturales Regionum Figuras
& imagines notabiliter immutat,
quemadmodum in Chorographiis re-
ctilineis contingit. Sed nunc rem
ipsam allatis aliquot Exemplis teste
Calculo comprobemus.



Para-







De Clavis Corrigendis, 16
Paris

Quirius Difinitia Im
m. L. Longitudo g. 36 min. 1
et Logit. g. 24
Siculo dicitur Difinitia g. 3
Germanica 160 cum $\frac{1}{4}$. Per
hanc eadem in Fig. II. Leu-

Parad

Quirius Difinitia Land
m. L. Longitudo grad. 11 min.
et Logit. grad. 40.
Siculo erunt Difinitia Leu. G.
x 1/4. Per Scham in Figure II.

Paragm

Quirius Difinitia inter T
abre Longit. g. 41, min. 21.
et Logit. g. 30. co-
videt Calculo reperitur Difinitia Le
x 1/4. Scham in Figure II. L.

Paragm

Quirius Difinitia
Alcepoli g. 16 min. 22.
et Norveg. Long. g. 12.
dicitur his datus Alcepoli Difinitia Le
vum Leu. termodem. Pe

Paragm

Quirius Difinitia Madrin
Alcepoli g. 16 min. 22.
Alcepoli g. 42.
Norveg. Long. g. 12.
Per Scham in Figure III. Leu
vum g. 12.

C 2

Paradigma I.

Queritur Distantia Romam inter, & Lutetiam.

Romæ Longitudo gr. 36. min. 18. Latitud. gr. 42. min. 00.
Lutetiae Longit. gr. 24. 30. Latitud. 48. 50.
Inde Calculo deducitur Distantia gr. 10. min. 43., quibus respondent
Leucæ Germanicæ 160 cum $\frac{3}{4}$. Per Scalam G. B. in Figura III. Leuc. 164.
Per Scalam eandem in Fig. II. Leuc. 163.

Paradigma II.

Queritur Distantia Londinum inter, & Viennam.

Londini Longitudo grad. 22. min. 30. Lat. grad. 51. min. 32.
Vienne Austr. Long. grad. 40. 00. Lat. 48. 22.
Inde Calculo eruitur Distantia Leuc. Germ. 175. Per Scalam in Figura III.
Leucæ 176. Per Scalam in Figura II. Leucæ 173.

Paradigma III.

Queritur Distantia inter Temeswar, & Emden.

Temeswar Longit. gr. 45. min. 25. Latit. gr. 46. min. 14.
Emden Longit. gr. 30. 00. Latit. gr. 53. 37.
Ex quibus Calculo reperitur Distantia Leucar. 185. Per Scalam in Figura III.
Leuc. 186. Scalam in Figura II. Leuc. 181.

Paradigma IV.

Queritur Distantia inter Madritum, & Bergam.

Madriti Longitudo gr. 18. min. 20. Lat. gr. 40. min. 46.
Bergæ in Norweg. Long. 28. 12. Lat. 60. 11.
Calculus ex his datis assignat Distantiam Leucar. 305 $\frac{1}{2}$. Per Scalam in Fi-
gura III. veniunt Leucæ ferè totidem. Per Scalam in Figura II. Leucæ 307. cir-
citer.

Paradigma V.

Queritur Distantia Madritum inter, & Dantiscum.

Madriti Longitudo. gr. 18. min 20. Lat. gr. 40. min. 46.
Dantisci Longitud. gr. 42. 28. Lat. gr. 54. 20.
Ex quibus præcognitis ope Calculi eruuntur pro Distantia Leucæ Germanicæ
315 cum $\frac{1}{4}$. Per Scalam in Figura III. Leucæ 316. Per Scalam in Figura II.
proveniunt Leucæ 318.

Paradigma VI.

Queritur Distantia Stockholmum inter , & Panormum.

Stockholmij Longit. grad. 41. min. 21. Latit. gr. 59. min. 21.
Panormi Longit. grad. 36. 18. Latit. gr. 38. 10.

Inde Calculo venit Distantia Leucarum $321\frac{1}{2}$. Per Scalā in Fig. III. Leuc. 323.
Per Scalam in Fig. II. Leucæ totidem.

Rursus igitur ad oculum patet, Se-
mi-Chorographiam Folij C., quæ
est Figura II., parū differe à Figura III.,
Adeoque ejusmodi Delineationes cum
Meridianis rectis, & Parallelis Circu-
lis præstare omnibus Chorographijs
rectilineis, ac proinde etiam in Choro-
graphijs majoribus utiliter adhiberi
posse.

Nunc duæ adhuc quæstiones hic
resolvendæ veniunt. Prima earum est,
Quousque, sive ad quot gradus Longi-
tudinis & Latitudinis Chorographiæ
curvilineæ sine notabili defectu in
plano extendi possint. Hanc ipsam
quæstionem fusè, & per multas regulas
jam in Geographia artificiali resolvi-
mus : breviùstamen & longè clariùs
rem uno alteróve Exemplo hic expe-
dio. Sit igitur Folium D., & in co-

dem Chorographia ad gradus Longitu-
dinis 100. Latitudinis autem 40. exten-
sa (intra quos terminos ferè Europa
nostra concluditur) in qua Chorogra-
phia notiora tantum aliquot loca, eá-
que multùm inter se remota expressi,
omissis rebus cæteris ad propositum
nostrum non facientibus; ad demon-
strandam namque veritatem sufficit
ipsa Delineatio legitima per Circulos
Parallelos & Meridianos curvilineos
(vel etiam rectos, quales habentur
Folio præcedente C.) peracta, cujus
medium locum obtinet Meridianus
primarius A. B. rectus, cum mensura
Latitudinis, & locum infimum occu-
pat Scala Leucarum Germanicarum,
utpote ad quam examinandæ erunt
locorum distantiae priùs per Calculum
inventæ. Sit ergo rursus

Paradigma I.

Queritur Distantia inter Viennam, & Romam.

Viennæ Longitudo gr. 40. min. 00. Latit. grad. 48. min. 22.
Romæ Longitudo gr. 36. 18. Latit. grad. 42. 00.

Inde Calculo deducitur Distantia Leucar. 103. cum $\frac{1}{4}$. Eandem Distantiam per
Scalam D. C. exhibet Chorographia.

Paradigma II.


Queritur Distantia Stockholmum inter , & Archangelum.


Stockholmij Longit. gr. 41. min. 21. Latit. gr. 59. min. 21.
Archangeli Longit. gr. 65. 00. Latit. gr. 65. 30.

Calculo reperitur Distantia Leucarum 186. cum $\frac{3}{4}$. Totidem contribuit
Chorographia per Scalam,

Para-

zurück L.
zweiter Versuch 3 Linien
am. Lin. gr. 45 min. 21
15 Lin. gr. 42 " "
abwärts 15-20°, Zischen-Durchdringung
wieder
zurück L.
zweiter Versuch 3 Abdringung
am. Lin. 5-15 min. 21
ab. Lin. gr. 46 " "
abwärts 15-20°, Zischen "





D. Gott. Chorographia. 1610
Paradigma

s Quæritur Differencia inter Lutetiam
in Longitud. grad. 11. min. 26.
et Paris. grad. 11.
Sed etiam ex eis Differencia Lutetiam
accordem.

Paradigma

s Quæritur Differencia inter Lutetiam
in Longitud. grad. 11. min. 26.
et Syria Longitudo. 81. min. 26.
Exclusum inde deductus Differentialis Lutetiam
accordem per Sacrum in Chorographia.

Paradigma

s Quæritur Differencia inter Lutetiam
in Longitud. grad. 11. min. 26. Lat.
et Syria Longitudo. grad. 67. min. 26. Lat.
Exclusum inde deductus Differentialis Lutetiam
accordem per Sacrum in Chorographia.

Paradigma V.

d Quæritur Differencia inter Lutetiam
in Longitud. grad. 11. min. 26. Lat.
et Syria Longitudo. grad. 67. min. 26. Lat.
Exclusum inde deductus Differentialis Lutetiam
accordem per Sacrum in Chorographia.

Paradigma

s Quæritur Differencia inter Lutetiam
in Longitud. grad. 11. min. 26. Lat.
et Syria Longitudo. grad. 67. min. 26. Lat.
Exclusum inde deductus Differentialis Lutetiam
accordem per Sacrum in Chorographia.

C.

Paradigma III.

Queritur Distantia inter Dublinum, & Algerium.

Dublini Longitud. grad. 15. min. 28. Latit. grad. 53. min. 11.

Algerij Long. grad. 25. 10. Latit. gr. 35. 13.

Inde Calculo eruitur Distantia Leucarum $288\frac{1}{4}$. In Mappa per Scalam re-
spondent totidem.

Paradigma IV.

Queritur Distantia inter Astracanum, & Smyrnam.

Astracani Longitudo gr. 82. min. 00. Latit. gr. 49. min. 30.

Smyrnæ Longitudo gr. 53. 30. Latit. gr. 38. 22.

Calculus inde deducit Distantiam Leucarum $347\frac{1}{4}$. Totidem ferè Leuce
veniunt per Scalam in Chorographia.

Paradigma V.

Queritur Distantia inter Romam, & Aleppum.

Romæ Longitud. grad. 36. min. 18. Latit. gr. 42. min. 00.

Aleppi Longitud. grad. 67. - 5. Latit. gr. 36. 46.

Ex quibus Calculo habetur Distantia Leucarum $363\frac{1}{4}$. In Chorographia
habentur Leucæ $362\frac{1}{4}$.

Paradigma VI.

Queritur Distantia inter Aleppum, & Parisios.

Aleppi Longitudo grad. 67. min. 5. Latit. gr. 36. min. 46.

Parisiorum Longit. grad. 24. min. 30. Latit. gr. 48. min. 50.

Calculo eruitur Distantia Leucarum $494\frac{3}{4}$. Per Scalam in Chorographia
Leucæ 491.

Paradigma VII.

Queritur Distantia inter Madritum, & Moscuam.

Madriti Longitudo gr. 18. min. 20. Latit. gr. 40. min. 46.

Moscuæ Longitud. gr. 64. 30. Latit. gr. 55. 18.

Calculo venit Distantia Leucar. 500. Totidem per Scalam in Chorogra-
phia.

Paradigma VIII.

Quaritur Distantia inter Alexandriam, & Bergam.

Alexandriæ Ægypti Long. gr. 57. min. 40. Lat. gr. 30. min. 58.
Bergæ Norweg. Long. gr. 30. 50. Lat. 61. 00.

Calculus exhibet Distantiam Leucar. 522. ^{1.} Totidem per Scalam in Chorographia.

Paradigma IX.

Queritur Distantia inter Tobolscum, & Alexandriam.

Tobolsci Sibiriae Long. gr. 89. min. 30. Lat. gr. 65. min. 25.

Alexandriæ Ægypti Long. gr. 57. 40. Lat. gr. 30. 58.

Calculo ex his deducitur Distantia Leuc. 593. $\frac{3}{4}$. Per Scalam in Chorographia Leuc. 587.

Paradigma X.

Queritur Distantia inter Algerium, & Cazanum.

Algerij Longitudo gr. 25. min. 10. Latit. gr. 35. min. 13.

Cazani Longitudo gr. 83. 30. Latit. gr. 58. 16.

Inde Calculo habetur Distantia Leucar. 664. Per Scalam in Chorographia Leuc. 662.

Paradigma XI.

Quæritur Distantia inter Hispaham, & Madritum.

Hisbahami Longit. grad. 85. min. 35. Lat. gr. 36. min. 10.

Madriti Longitud. grad. 18. 20. Lat. gr. 40. 46.

Inde Calculus reddit Distantiam Leucar. 751. $\frac{3}{4}.$ Idem ferè habetur per Scanianum Chorographia.


Ecce! quām accuratus sit Calculū, & hujus Chorographiæ amplissimæ consensus, qualis nempe solet esse inter Geometriam & Arithmeticam, si utraqueritè pertractetur: est enim hæc Chorographia projectio Ichno-graphica Globi in plano, è fundamen-tis Geometricis deducta, uti in Geo-graphia artificiali fusiùs deduxi. Ve-rum Exempla hactenus allata probant quidem, posse locorum distan-tias non minùs accuratè deprehendi per quasdam Scalas vulgares Leuca-rum, aut milliarium, quām per opero-sum Calculū trigonometricū, in Cho-rographiis partium terræ, quæ Zonæ


Frigidæ aut Temperatæ, non autem quæ Zonæ Torridæ inexistunt, cùjusmodi sunt Africa, & Australis America, in quarum Delineationibus Geographi plerique utuntur Parallelis recti' ineis, quæ tamen, uti ostensum est, locorum distantias per Scalas fideliter non reddunt; quia super prototypo, nempe Globo artificiali, sunt penitus difformes. Posse autem locorum distantias etiam in his Chorographiis ritè correctis accurate satìs per Scalas deprehendi, uno & altero duntaxat Exemplo ad oculum demonstro.

Sit ergo Chorographia, sive Figura I. Fol. E. potiorem Africæ partem.

Proposito II.
Paradigma II.
Inter Accusationem Legam
et ministrorum etiam
anno 1722. - Iudicium pro Caco.
Paradigma II.
Inter Accusationem etiam
et ministrorum etiam
anno 1722. - Iudicium pro Caco.
Paradigma I.
Inter Accusationem etiam
et ministrorum etiam
anno 1722. - Iudicium pro Caco.
Signa II.
de Ejusdem, & Martini,
et al. La p. 16. nro 11.
n. La p. 16. 16.
ann. 1722. Pro Caco in Conspectu
Signa II.
de Ejusdem, & Martini,
et al. La p. 16. nro 11.
n. La p. 16. 16.
ann. 1722. - Non habet hanc p. 16.

¶. In Regione Toscana, hoc an
no quodcumque Toscana existit, o
culi sunt in officio di Admira
tum, non in eorum Diccionario
non Conspicuntur nisi inter Pari
mentaria, quod non, id e
st, habent de humore obiectus et
dissimilitudine ratione, quia
de tempore, tempore, Gobio multo
superioris est. Pro ut
hunc diffinatur ad Gobio
probabile certitudinem
aut deprehensionem. Ex
non Example voluntate
Signa Conspectu
Signa I. fol. 1 postea





*De Cœlo Chœry p[er]petuum
et Universalia equis &
solidis aequaliter delimita. In
eiusmodi etiam formæ nonas.
Quæ sunt amplissima, con-
tra in Globo astronomico etiam
non, utrum Parallelus prope-
& Circulus nonas, non
in Parallelis ceteris vicini frater-
sunt, in quæ pro more è figura
untercurrit ad fangulas deinceps
de distante Meridiana cum hypo-*

Paral.

Quæritur Distanzia

*h[ab]it[us] Longitud[inis] grad. 15 min. 20.
h[ab]it[us] Longit[ud] grad. 22 min. 41.
h[ab]it[us] ex parte Distantia Lenc[er] 36.2
min. 32.*

Paradigma

*Quæritur Distanzia inter
h[ab]it[us] Longitud[inis] grad. 26 min. 10.
sp[ecie] Longit[ud] grad. 17 min. 10.
h[ab]it[us] ex parte Distantia Lenc[er] 37.1*

Paradigma

*Quæritur Distantia inter
h[ab]it[us] Longitud[inis] grad. 12 min. 30.
h[ab]it[us] Longit[ud] grad. 41 min. 30.
h[ab]it[us] ex parte Distantia Lenc[er] 39.9
sympathia, non multum absurda.*

Paradigma

*Quæritur Distanzia inter h[ab]it[us]
Longitud[inis] grad. 17 min. 30.
h[ab]it[us] Longit[ud] grad. 34 min. 30.
h[ab]it[us] ex parte Distantia Lenc[er] 41.7
sympathia, 617.*



tem complexa, & Parallelis æquè ac Meridianis curvilineis descripta. Paralleli autem, uti jam suprà monui, sint Circuli Sphæræ amplissimæ, qualis etiam in Globo artificiali est' ipse Äquator, utpote Parallelus primarius, & Circulus maximus, reliqui autem Paralleli eidem vicini sensim imminuti, in quos pro more è Figura II. transferuntur ad singulos denos gradus distantia Meridianorum, & per

puncta iisdem inserta ducuntur ipsi Meridiani, qui sunt arcus Circulorum, ut habet ipsa Figura, in quam rursus ad vitandam confusionem pauca dun-taxat Africæ loca notiora retuli, quorum nunc distantiam more consueto, primò quidem per Calculum trigono-metricum, tum verò etiam per Scalam Leucarum C. D. exploremus. Sit igitur

Paradigma I.

Quæritur Distantia inter Benin, & Guber.

Benin Longitud. grad. 26. min. 10. Latit. grad. 7. min. 50.
Guber Longit. grad. 22. 45. Latit. grad. 13. 20.
Calculo eruitur Distantia Leucar. $96.$ & $\frac{1}{4}.$ Per Scalam in Chorographia
habentur. 92.

Paradigma II.

Quæritur Distantia inter Benin, & Meleguete.

Benin Longitud. grad. 26. min. 10. Latit. gr. 7. min. 50.
Meleguete Long. grad. -7. 32. Latit. gr. -7. 10.
Calculo habetur Distantia Leuc. 277. Idem ferè per Scalam in Chorogra-
phia.

Paradigma III.

Quæritur Distantia inter Lemptam, & Zaire.

Lemptæ Longitud. grad. 32. min. 38. Latit. gr. 24. min. -4.
Zaire Longtud. grad. 42. 28. Latit. gr. -8. 30. A.
Calculo reperitur Distantia Leucar. $509 \frac{1}{4}.$ Leucæ, quæ per Scalam habentur
in Chorographia, non multùm aberrant.

Paradigma IV.

Quæritur Distantia inter Insulam S. Helenæ, & Mozambique.

Insul. S. Helen. Long. gr. 17. min. 30. Latit. gr. 16. min. 00. A.
Mozambique Longit. gr. 62. 35. Latit. gr. 14. 42. A.
Calculo invenitur Distantia Leucarum $651.$ & $\frac{1}{4}.$ Per Scalam habentur in
Chorographia Leuc. 657.

Para-

Paradigma V.

Quaritur Distantia inter Tombut, & Gondar.

Tombut Longitud. gr. 7. min. 48. Latit. gr. 14. min. 48.

Gondar Longit. grad. 42. 30. Latit. gr. 15. 42. A.

Calculo prodit Distantia Leuc. 688. Per Scalam in Chorographia habentur 684.

Paradigma VI.

Quaritur Distantia inter Tarodant, & Afna.

Tarodant Longit. grad. 9. min. 48. Latit. gr. 28. min. 40.

Afna Longitud. grad. 60. 5. Latit. gr. 23. 30.

Hinc Calculo deducitur Distantia Leucar. 677. Per Scalam habentur in Chorographia Leuc. 685.

Paradigma VII.

Quaritur Distantia inter Chaxumo, & Meleguete.

Chaxumo Longit. grad. 59. min. 53. Latit. gr. 14. min. 00.

Meleguete Longit. grad. 7. 32. Latit. gr. 7. 10.

Calculus dat pro Distantia Leucas 777 $\frac{1}{4}$. Idem ferè per Scalam tribuit Chorographia.

Paradigma VIII.

Quaritur Distantia inter Mozambique, & Tarodant.

Mozambique Longit. gr. 62. min. 35. Latit. gr. 14. min. 42. A.

Tarodant Longit. gr. 9. 48. Latit. gr. 28. 40.

OPERATIO I.

Quaritur Perpendiculum T.S.

Angulus Different. P. grad. 52.	min. 47.	L.	990110.
---------------------------------	----------	----	---------

Hypotenusa T.P.	61.	20.	L.	994321.
-----------------	-----	-----	----	---------

Perpendic. T.S. grad. 44.	min. 19.	Sec. 32.	L.	1984431.
---------------------------	----------	----------	----	----------

OPERATIO II.

Quaritur Crus P.S.

Hypotenusa T.P. grad. 61.	min. 20.	sec. 00.	Tom.	1031901.
---------------------------	----------	----------	------	----------

Perpendiculum T.S.	44.	19.	L. 2.	985453.
--------------------	-----	-----	-------	---------

Crus P.S. grad. 47.	min. 53.	17.	Tom.	1017354.
---------------------	----------	-----	------	----------

OPE-

OPERATIO III.

Quæritur Crus M. S.

Crus P. S. grad. 47. min. 53. secund. 17.

M. R. grad. 75. min. 18. secund. 00.

grad. 123. min. 11. sec. 17.

P. R. grad. 180.

M. S. grad. - 56. min. 48. sec. 43.

OPERATIO IV.

Quæritur Hypothenus a T. M.

Crus T. S. grad. 44. min. 19. Sec. 32. | L. 2. | 985453.

Crus S. M. 56. 48. 43. | L. 2. | 973829.

Hypoth. T. M. 66. 56. 48. | L. 2. | 959282.

Distant, in Leuc. 1004. In Chorographia 990. circiter.

ETiam hæc Figura Chorographica E, per Circulos Paralelos, & Meridianos curvilineos descripta quām proximè ad suum prototypon, nempe Globum artificiosum, accedit ; quia non minus fideliter ac Calculus locorum distantias usque ad 1000. Leucas Germanicas satis propinquè reddit, quod nulla unquam alia præstabat Chorographia per Meridianos & Paralelos rectilineos descripta. Cur ergo Geographi in ejusmodi Chorographiis, relictis Circulis, adhibeant lineas rectas, non video. Certè nemo pictor aut sculptor, cui imago, aut statua imitanda proponitur, officio suo rectè functus censetur, si neglecto prototypo aliam prorsus formam, & lineamenta diversa operi suo inducat. Globus artificiosus Geographicus verum est prototypon, quod imitandum, & per partes in plano depingendum Geographo proponitur : tantò igitur rectius ille suo officio fungitur, quanto accuratiùs ejus formam & lineamenta assequitur, & vicissim à scopo proposito aberrat tantò longius, quanto opus suū prototypo reddit disformius.

Porro causam huius defectus Geographici ego hanc unam esse censeo, quòd illi (ut jam aliàs memini) qui artem Geographicam profitentur, ad Historiam duntaxat, non ad artificium reflectant, & paucas admodum novas condant Chorographias, sed veteres iterum recudant : unde novæ quidem identidem in lucem prodeunt Mappæ Chorographicæ, semper tamen formâ ac methodo antiquâ & erroneâ expressæ.

Altera nunc superest quæstio resolvenda : quæritur enim, an omnes Chorographiæ rectilineæ sint falsæ & erroneæ ? ad hoc respondetur, non omnes sed illas duntaxat, quæ notabiliter differunt à simili portione sive Chorographia, quæ est in superficie terræ, seu Globi terrestris ; notabiliter autem differunt Chorographiæ aliquantò majores, non autem minores. Hoc ut clariùs percipiás, Figuram VII. Folij A. ante oculos ponas, necesse est : quæ enim est differentia arcus A. E. C. D. B. graduum 60., & lineæ rectæ A. B. eidem arcui subtensæ, eadem est differentia Chorographiæ in plano, & in

superficie Globi descriptæ : hæc autem est admodum notabilis : ergo & ista. Rursus, quantum differt arcus A.E.C. graduum 30. à linea recta A.C., eidem arcui subtensa , tantum differt Chorographia in plano ad gradus 30. in Longitudinem , & Latitudinem extensa à Chorographia ad eosdem 30. gradus in superficie Globi descripta , atque ita in reliquis etiam partibus notabilis differentia inter planum , & sphæram intervenit, usque ad arcum, sive superficiem graduum circiter quinque, quod spatium cum piano physicè ferè coincidit (quantumvis mathematicè differat) unde in Chorographiis minoribus, quæ quintum gradum non excedunt, pro Circulis commodè possunt adhiberi lineæ rectæ. Reliquæ autem Chorographiæ rectilineæ , quæ quintū gradum excedunt, ut plurimū erroneæ sunt , & à vero & superficie Globi notabiliter deficiunt. Porro ejusmodi Chorographiæ in Europa (eadem est ratio in aliis etiam orbis partibus) sunt totius Germaniæ , Galliæ , Hispaniæ , Italiae , Poloniæ , Sueciæ , Magnæ Britanniæ , Russiæ Moscoviticæ , Illyrici , Maris Mediteranei &c. , in quibus locorum distantiae plerique sunt erroneæ , præsertim in confinibus , ubi Meridiani in suos Parallellos oblique satè incidunt , & quadrata inæqualia efficiunt, qui defectus eti modicus in Chorographiis etiam minoribus in causa est, quòd illæ difficulter in majores adaptari possint , utì experiuntur rerum periti. Quòd verò Chorographiæ majores rectilineæ modò recensitæ sint erroneæ , itidem nunc Lectori uno altero Exemplo ad oculum demonstro in Folio F. in quo exhibeo Cho-

rographiam Germaniæ , eidemque annexam partem Galliæ Borealem , eo ferè modo , quo ut plurimū exhibetur à Geographis etiam modernis , & cum primis à Samsone Geographo regio in utroque Atlante , majore & minore. Utraque hæc Chorographia usque ad decimum ferè gradum Latitudinis excurrit ; unde in utraque locorum distantia ad duas , tres , aut plures etiam Leucas Germanicas à Calculo & vero deficiunt. Rem in duabus subjectis Tabellis ante oculos propono.

Porro monitum hic te volo , amice Lector, ut si in Chorographiis à nobis propositis , & æri incisis mensuram in subjectis Tabulis assertam fortassis alicubi typo , & Calculo minus accuratè respondere deprehendas, id non fraudi Authoris tribuas , sed incuriæ Chalcographorum , utpote qui lucro inhiantes rem plerumque deproperant , parùm de accuratione operis, magis autem de quæstu feliciti. Accedit, quòd ij , qui typo expensas suppeditant , plerumque ob eandem causam parcâ manu labores compensent , & operis perfectionem non curent : unde res Mathematicæ , quæ magnam accurationem requirunt , plerumque levi brachio elaborata , & minus emendata in lucem prodeunt , & sic aliorum incuriæ Authoris nomen & operis æstimatio imminuitur. Quòd verò in proposito nostro hæc ita se habeant, facile deprehendet ille, qui arte Geographicâ , manuque accuratâ pollet , sicubi ipsem arrepto calamō & circino ejusmodi delineationes non obiter , sed accuratè in plano describat. Sed nunc Tabulas ipsas subiicio.

TA.


16 18 20 22 24 26 28 30

GALLIAE
BOREALIS
CHOROGRA=
PHIA.

FOL.F.

ERMANIA
HOROGRAPHIA

Kad.





De Chartis Chorogra
Pro Semina

rum	Nomina	Longitudo	Lat.
	Locata	G.	M.
I f.			
bus			
ni-	Archde	21.	00.
em			
la-	Am	27.	20.
jue			
no	Amboise	14.	30.
ro	Berthe	23.	22.
o-	Bordeaux	21.	48.
IV.			
n-	Calis	24.	10.
e-	Bordeaux	21.	48.
7.	Catborg	21.	22.
ie	Lis	27.	20.
&			
pi	Edin	28.	00.
	Halle	19.	45.
3.	Hof	17.	15.
3.	Amis	24.	10.
	Holt	17.	15.
3.	Bordeaux	21.	48.
3.			

Pro Chou

o	Nomina	Longitudo	Lat.
	Locata	G.	M.
o			
o	Almud	36.	46.
o	Althen	34.	32.
o		34.	00.
o		40.	00.
o		40.	00.
o		34.	00.
o		42.	28.
o		31.	00.
o		40.	00.
o		33.	22.
o	Amberg	44.	15.
o	Hoff	35.	42.
o	Hilper	30.	54.
o	Hoff	36.	42.
o			

TABULA I.
Pro Semi-Chorographia Galliae rectilinea.

Nomina Locorum	Longitudo G. M.	Latitudo. G. M.	Distantia Calculo productæ in Leuc. Germ.	Distant. per Sca- lam in Choro- graphia repertæ.
Rochele	21. 00.	46. 10.	66. $\frac{1}{4}$.	65.
Lion	27. 20	45. 46.	—	—
Paris	24. 30.	48. 50.	66.	69.
Bourdeaux	21. 48.	44. 51.	—	—
Dieppe	23. 22.	50. - 1.	79.	81.
Bourdeaux	21. 48.	44. 51.	—	—
Calais	24. 10.	50. 58.	94. $\frac{3}{4}$.	97.
Bourdeaux	21. 48.	44. 51.	—	—
Cherborg	21. 22.	49. 48.	85. $\frac{1}{4}$.	82.
Lion	27. 20.	45. 46.	—	—
Sedan	28. 00.	49. 38.	99. $\frac{3}{4}$.	102.
Bell' Isle	19. - 5.	46. 40.	—	—
Brest	17. 15.	48. 24.	77. $\frac{1}{4}$.	80.
Calais	24. 10.	50. 58.	—	—
Brest	17. 15.	48. 24.	71.	66.
Bourdeaux	21. 48.	44. 51.	—	—

TABULA II.
Pro Chorographia totius Germaniae.

Nomina Locorum	Longitudo G. M.	Latitudo G. M.	Distantia Calculo productæ in Mil- liar. Germ.	Distantia per Sca- lam in Chorogra- phia inventa,
Stralsund	36. 46.	54. 30.	99. $\frac{3}{4}$.	98.
München	34. 32.	48. 00.	—	—
Trient	34. 00.	46. 15.	68. $\frac{3}{4}$.	65. $\frac{1}{2}$.
Wien	40. 00.	48. 22.	—	—
Breslaw	40. 00.	51. 18.	96.	92.
Trient	34. 00.	46. 16.	—	—
Danzig	42. 28.	54. 22.	162. $\frac{1}{4}$.	158.
Brüeg	31. 00.	46. 22.	—	—
Wien	40. 00.	48. 22.	110. $\frac{1}{2}$.	114. $\frac{1}{2}$.
Küel	33. 22.	54. 28.	—	—
Königsberg	44. 15.	54. 43.	149. $\frac{3}{4}$.	145.
Triest	36. 42.	45. 57.	—	—
Münster	30. 54.	52. - 1.	107. $\frac{1}{4}$.	109.
Triest	36. 42.	45. 57.	—	—

Quis igitur ejusmodi Mappas Chorographicas tolerabiles dicat, in quibus nulla est vera cohærentia, & distantia locorum & unde neque situs suo prototypo, neque Globo terreno conformis. In Chorographia Galliæ aliquantò minores sunt defectus, quam in Chorographia Germaniæ; quia hæc in Folio F. tota exprimi potuit, illius verò non nisi pars dimidia, quam si totam expresseris, non minores errores in ea, quam in Germania deprehendes. Neque potest quis cum Varenio aliisque excusare ejusmodi defectus in Chorographiis majoribus, quasi emendari non possent; cùm contrarium in præcedentibus satis aperte luculentèque demonstratum sit.

Ex hac tenus dictis ac demonstratis sequentia nunc Corollaria deducuntur. I. In quo consistat artificium Geographicum, & quo modo ab antiquis introductum, & à modernis Geographis hactenus observatum, atque promotum.

Corollar. II. Quæ Mappæ Geographicæ, præsertim modernæ, spectando artificium, præstent cæteris. Inter universales quidem delineationes Geometricæ præstant Opticis; quia in Geometricis servatur æqualis distantia Meridianorum inter se, & in delineationibus, quæ fiunt oculo posito in alterutro Polo mundi, etiam retinetur æqualis distantia Parallelorum, quemadmodum in Globo: at verò in Opticis vel Meridiani vel Parallelis, vel utrique inæqualiter distantia inter se, & Prototypo Geographicæ, nempe Globo artificiali penitus difformes sunt. Projectiones Geometricæ referunt Figura I. II. & III. Folij A. quas inspice. Inter Mappas particu-

lares Chorographiæ quatuor Orbis partium, nempe Europæ, Asiæ, Africæ, & Americæ (quæ sunt inter Chorographias maximæ, & passim circumferuntur) pleræque vel sunt opticè delineatae, vel Parallelis rectilineis expressæ, & proinde Globo difformes, ac vitiosæ.

Inter Mappas Chorographicas majores (quales ferè sunt Regionum, ac Regnum, nempe Germaniæ, Galliæ, Hispaniæ &c., ultra 6. gradus Latitudinis extensæ) paucas reperies non rectilineas, & proinde vitiosas, ut paulo antè demonstratum est. Denique restant Chorographiæ minores, ex quæ ferè intra gradum 6. Latitudinis contentæ, Provinciarum, aliorumque dominiorum &c., quæ omnes ferè rectilineæ sunt, & spectando artificium tolerabiles sunt, quantumvis in rigore mathematico omni vitio non careant. Porro ejusmodi Chorographiæ habentur, Picardiæ in Gallia, Pedemontij in Italia, Arragoniæ in Hispania, Bavariæ in Germania, aliaeque innumeræ, quæ passim versantur in manibus, & omnes replent Atlantes Geographicos majores, & minores, ex quæ Chorographiæ per Scalas Leucarum, aut Milliarium utcumque reddunt veras locorum distantias.

Ego in condendis Mappis Geographicis, quas sex libris Geographicis in lucem editis inserui, usum sum projectione, seu delineatione Geometrica; & in majoribus quidem Chorographiis (præsertim verò in maximis) usum sum Circulis Parallelis; alicubi tamen etiam modum antiquum retinui: neque enim veterum usum ac consuetudinem invertere aut abolere, sed meliora magisque probata, ita requirentibus subministrare constitui;

id.

De Choris Chorographiæ
que non probabili tantum
aut nesciis vulgari, sed
deinceps demonstratione
Geographicæ confirmat
Corollar. III. Chartarum
sicut usus & utilitas i
ar, quod Mappæ comp
tiles plurimum confera
spemodum sint necessari
gradam Historiam un
spote sine quibus nulla fer
it, neque instituitur per
avigatio sine ad Orientem l
ire ad Occidentem in Am
verors utrumque Polu
m, & Austrum, & nova
aut Terram Magellanica
in Zemblam, & Gran
ita ex sola narratione aur
inquit satis percipies, quo
rū viâ famolâ illa navis
bem trum circumvencta fu
a locis commorata, per q
ocellerit, quas orbis partes,
sinister. Cœca est His
toria narratio, quæ te pe
sum circumducit identi
stem, sibi subfidentem
um, atque ad mille ci
tatem, quæ Geographi
solita facilius evitat, pe
tra, & plerumque digitu
demonstrat. Tot lites &
inquis Historia præsentim
orbibus conscripta indu
quonemo rectius & clarius
Geographia. Qu
Oceano Mare ab altero diff
erunt & fieri, syrtes ac fo
rages nafrigia verbis tam cl
ue cupim, quam Geogra
ida proponit. At, inquit

idque non probabili tantum discursu aut ratiocinio vulgari, sed apertā, evidētique demonstratione Arithmetico-Geographicā confirmare.

Corollar. III. Chartarum Geographicarum usus & utilitas inde conicitur, quod Mappæ cum primis universales plurimūm conferant, immo propemodum sint necessariæ ad intellegendam Historiam universalem: utpote sine quibus nulla ferè intelligitur, neque instituitur per Oceanum navigatio sive ad Orientem & in Asiam, sive ad Occidentem in Americam, si- ve versus utrumque Polum ad Boream, & Austrum, & novam Guineam, aut Terram Magellanicam, ad novam Zemblam, & Greenlandiam. Certè ex sola narratione aut lectione nunquam satī percipies, quo modo, aut qua viā famosa illa navis Victoria orbem totum circumvecta sit, quibus in locis commorata, per quæ Maria incesserit, quas orbis partes, & Regiones inviserit. Cæca est Historia, & obscura narratio, quæ te per orbem terrarum circumducit identidem vacillantem, səpius subsistentem, ac dubitantem, atque ad mille obstacula impingentem, quæ Geographia magis oculata faciliùs evitat, perspicuè declarat, & plerumque digito ad oculum demonstrat. Tot lites & altercationes, quas Historia præsertim à diversis Authoribus conscripta inducit, plerumque nemo rectius & clariùs resolvit, quam Geographia. Quis enim solo calamo Oceanum tam clarè describet, unum Mare ab altero distinguet, tot sinus & freta, syrtes ac scopulos, ipsaque naufragia verbis tam clarè scitèque exprimet, quam Geographus, qui hæc omnia uno quasi obtutu spectanda proponit. At, inquires, multa

intra angustos unius folij limites səpe non potest inducere Geographus, quæ tamen paucis verbis exprimit Historicus. Ita est: idcirco mutuo indigent adミニculo, & ubi deficit Historicus, supplebit Geographus; & quod hic non poterit, resolvet Historicus: hic tamen plerumque obscurius, ille verò evidētiūs.

Præterea sine Charta Geographica universalī difficulter distingues duo mundi Hemisphæria, quatuor orbis partes, earūmque situm, & anni tempora. Nunquam satī intelliges, qua parte mundi aspiret Eurus, quibus Terris, ac Regionibus dominetur Africus, unde oriatur ventorum differentia, & natura. Sine Mappis Chorographicis nunquam satī percipietur Regum Regnorumque conditio; nec quibus obnoxia sint in cursibus, nec quibus firmata præsidii, nec quanta sit eorum potentia, nec cū quibus possint iungere amicitiam, aut foedera statuere. Sed nec ipse Princeps in medio licet suæ ditionis constitutus satī intelliget, quo usque se sua jura extendant, aut quasnam patiatur controversias circa sua confinia, nisi hæc ipsa scitè depicta, & accuratè in Charta Chorographicè expressa penes se habeat.

Denique neque Dux Exercitūs, quantumvis rei militaris egregiè peritus, satī erit cautus & securus, nisi noverit occultas viarum anfractus, loca invia, ac devia, ubi possit hostem declinare, aut ex insidiis invadere, commodè metiri castra, & stativa ab hoste indemnia locare: ad hæc autem apprimè conducunt Chartæ Topographicæ, in quibus ejusmodi commoda scitè delineata, & ad verrū proposita esse solent. Atque hæc tandem Chartæ sunt, quæ solæ curiosis satisfaciunt, qui unicè novellas omnes discussiunt, & singulas earum minutias

ad amissim expendunt, quæ tamen non Chorographicis, sed Topographicis Chartis exprimi solent, ac possunt: hæ autem non inter merces veniales prostant in publico, sed inter arca- na Principum assertari consueverunt.

Corollarium IV. Quid de forma, & magnitudine Mapparum Geographicarum statuendum sit, vix satiis discerni potest; cum varii sint earum fines & usus. Nautæ in itinere maritimo Mappis utuntur Hydrographicis, quæ diverso ab aliis Mappis construuntur modo, & proprium habent usum; de quibus in Geographia artificiali circa finem plura diximus. Pro itinere terrestri ut usum commodum habeant Mappæ, aut fiunt aliquantò minores, aut si in ampliori folio describuntur, tum verò in plura minora folia quadrata ita dividuntur, ut in theca propria reclusæ super mensa rursus explicari, & accurate conjungi possint. Qui non nisi domi suæ ad alios fines Mappas Geographicas adhibere solent, eas denique amplis incisæ foliis in libros ordine compingunt, quos hodie Atlantes majores appellare solent.

Porro circa res ipsas, quæ Mappis Geographicis inscribi solent, iterum variis sunt sensus; qui enim præcipua duntaxat loca, nempe Urbes, Emporia, Portus, aliisque similia scitu digniora desiderant, minores & ad usum commodiores Chartas Chorographicas præferunt: qui verò minutias petit, uti Pagos, Villas, Pontes &c. Mappis insertas, Topographias sibi procuret, quas tamen raras admodum, ut paulo antè dictum est, in publico reperiet.

Corollarium V. Defectus notabilis est in Chartis Chorographicis eti-

am modernis, quod rarae admodum sylvae montesque in iis sint expressi: cum tamen ambo Regionibus ac Provinciis magnam differentiam induant. Quemadmodum autem Historicus perperam agit, & Lectorem decipit, quando rem narrat aliter, quam re ipsa sit: ita fallax est Geographus, si rem aliter proponit, quam re ipsa sit; longe autem diversa est Provincia plana ab illa, quae tota montibus inexistit.

Proin malè in Chorographia Europæ dissimularentur Montes Pyrenæi, qui Hispaniam à Gallia separant. Æquè malè negligerentur Alpes notissimæ, quæ à Montibus Pyrenæis usque ad Mare Ægæum tractu longissimo excurrunt, & sub variis nominibus innumeræ Provincias involvunt. Malè omitteretur Mons Apenninus, qui totam ferè Italiam pervadit; Mons Vagesus, qui Alsatiam à Lotharingia dividit; Montes ac Sylvæ Herciniæ, quæ Sueviam ab Alsatia segregant, & sparsim hodie superstites quasdam Germaniæ Provincias repellent, Rhenum, Mosellam, Ni- crum intra suos alveos coércent; Montes & Sylvæ Bohemicæ, quæ totam Bohemiæ circumvallant, & suos ramos in omnes latè Regiones, & Provincias sub diversis nominibus extendent; è quibus est Mons Pinnifer, vulgo **der Feichtelberg**, unde quatuor Flumina non contemnenda ortum suum ducunt; videlicet Mœnus, Sala, Nab, & Egra, aliisque minora; Montes Carpathij, qui Hungariam, & Poloniæ Sylvæ vastissimæ Poloniæ inter, & Moscoviam sitæ, aliisque innumeræ minores, quas Geographus haud difficulter deprehendet ex fontibus, & initiiis Flumi-

De Chartis Chronog.
nam. Major manque Fl.
unus montibus majoribus
et minimis; neque cain
perieramus, aut rivulus
est tenuis, qui suos fontes
non non trahat in loco ei
in vicino colliculo quod si
non constituit, ut ex altis
rivulum accipiant aquaz, qu
am, cursumque accelerent,
ut paulo major Fluvius
qui a primo suo fonte il
ter, cum ingentia etiam Fl
sim per affluxum rivuloru
m minorum excrescant
ravendant. Ina è modic
a Silva Hercinia nascit
Danubius. In Alpibus i
Irenus ac Rhodanus. E.
Kantibus Bohemicis prognal
ita, Vistula, & Albus. E. Sylvis
ibus Polono-Moscoviticis
trahunt Boristhenes, Tana
ga inter Flumina Europz
que tamen omnia sensim
descendunt Fluvij & rivis ig
na, qui & ipsi nascuntur
& locis altioribus.
ut in Mappis Geographi
num majorum ac minor
um initia reperiuntur in pl
i.

num. Majora namque Flumina oriuntur è montibus majoribus, & minora è minoribus; neque enim facile repertetur amnis, aut rivulus, quantumvis tenuis, qui suos fontes, & originem non trahat è loco eminentiore, aut vicino colliculo: quod sapienter natura constituit, ut ex altiore loco impetum accipiant aquæ, qui earum fluxum, cursumque acceleret. Sed nec ullus paulo major Fluvius reperiatur, qui à primo suo fonte illico se dilatet; cùm ingentia etiam Flumina sensim per affluxum rivulorum, & amnum minorum excrescant, & majora evadant. Ita è modicis fontibus in Sylva Hercinia nascitur magnus Danubius. In Alpibus Helveticis Rhenus ac Rhodanus. E Sylva, & Montibus Bohemicis prognascitur Odera, Vistula, & Albis. E Sylvis & Montibus Polono-Moscoviticis suas aquas trahunt Boristhenes, Tanais, & Volga inter Flumina Europæ maxima, quæ tamen omnia sensim suas aquas adaugent è Fluvij & rivis ignobilioribus, qui & ipsi nascuntur è montanis, & locis altioribus. Perperam igitur in Mappis Geographicis tot Fluminum majorum ac minorum fontes & initia reperiuntur in plano posita.

Corollarium VI. Non modicos errores Mappis Geographicis inducit linguarum diversitas: sicut enim pleraque Nationes Europæ variant in pronunciatione quarundam Alphabeti literarum, videlicet c. g. h. i. q. & x, ita eandem postea variationem usurpant in scriptura. Inde Galli, Itali, & Hispani, &c., ut Germanorum nomina pleraque pronunciando corruptunt, ita etiâ perperam scribendo variant, & ad suam pronunciationem

deterquent, adeò quidem, ut, qui eorum linguas & pronunciationem penitus ignorant, etiam eorum Mappas Geographicas non sat̄ intelligant. Hoc vitium hodie etiam imputatur Batavis, qui linguam Gallicam, unâque artē Chalcographicam in Galliis excent, aut addiscunt; quare sibi ipsis obsunt Geographi & Chalco-graphi, cùm nemo eorum Chartas Geographicas ambiat, quarum scripturam non intelligit. Rectius Geographus locorum nomina in suis Chartis Geographicis ita exprimit, non ut ipse patriâ suâ linguâ ea pronunciat, sed ut ipsæ Nationes, quarum terras & Provincias Geographicè proponit, scribere consuescant. Atque hoc nisi fiat, sensim tota Geographia, immo & Historia in eam confusionem reincident, in qua hodie Geographia Ptolomaica sepulta jacet. Ptolomæus namque in suas Chartas Geographicas non propria cuiusvis Nationis nomina, & verba retulit, sed eadem in nativam suam linguam detorta depravavit. Unde hodie ejus Chartæ Geographicæ propè inutiles sunt, & à nemine intelliguntur, aut ambiuntur.

Corollar. VII. Circa Longitudinem & Latitudinem Geographicam, hoc est, circa verum locorum situm in terra adhuc magna est incertitudo; quia utriusque observatio difficilis est, eaque potius ad Astronomos, quam Geographos referri meretur. In Geographia artificiali modos aliquot id præstandi tradidi, è quibus unum duntaxat hic adduco vulgarem quidē, sed ad captum, & praxin cæteris faciliorem. Igitur praxin observandi loci Latitudinem (quæ cum Altitudine Poli coincidit) ita institues: tempore Æquinoctij erigatur Gnomon si-

ve stylus in plane Horizontali ad angulos rectos, isq; dividatur in partes quatuor, & aquales, v.gr. 100. Tū in meridie sole lucente notetur terminus umbræ à stylo projectæ, & capiatur umbræ longitudine in partibus ipsius stylis, sit ea v.gr. 111. Hoc peracto seorsim in charta, v.gr. Fol. A.A. Fig. I. ducatur linea recta A. G. quantumcunque longa, eaque dividatur in totidem partes, in quot divisus erat stylus, nempe 100. Deinde è puncto G. producatur linea perpendicularis G. V., & in eandem ex G. transferatur umbræ longitudine priùs inventa ad terminum umbræ V., nempe partes stylis 111. Post hæc ex punto A. describatur quadrans A. G. E. vel A. E. B., qui pro more dividatur in partes sive gradus 90., & horum quilibet in partes, sive minuta 60., initio divisionis à linea Horizontali facto. Hoc peracto ex V. producatur linea recta V. A. D., quæ utrumque quadrantem secabit in gradu Altitudinis Äquatoris, cuius complementum ad 90. gr. est Altitudo Poli, & Latitudo loci quæsita. Sic ex. gr. Monachij secabit quadrantem in gradu 42., qui erit Altitudo Äquatoris, ejusque complementum grad. 48. Altitudo Poli, & Latitudo Monacensis.

Eodem ferè modo instituitur observatio die Solstitii; si enim tunc umbra Gnomonis ex punto A. projecta terminetur in I., tunc linea recta ex I. producta per A. secabit gradum altitudinis solis maxima in C.; sit autem illa Monachij graduum 65. & 30. min., tum subtrahatur ab ea maxima solis declinatio, quæ est gr. 25. & 30. min., & relinquetur Altitudo Äquatoris grad. 42., ejusque complementum grad. 48., Altitudo Poli, & Latitudo loci. Atque hæc intelligenda sunt de observatione

in Solstitio æstivo instituta; quæ si hæc in Solstitio hyemali, tunc maxima solis declinatio superaddenda est altitudini solis observatæ, & inde fiet Altitudo Äquatoris cognita.

Quod si denique observanda sit Latitudo loci extra tempus Solstitij, tunc locò declinationis solis maximæ, accipienda est declinatio solis illius diei, in quo fit observatio, hæc autem passim reperitur in Tabula declinationum solis. Porro circa hujusmodi observationes altitudinem solis notandum venit I., Gnomonem, sive stylum non esse assumendum valde longum (quidquid secus statuant alij) quia quod stylus est longior, hoc difficilius distinguitur umbræ terminus. Accurato observatori sufficiet longitudine stylis duorum ferè pedum, ut in plures, & minutiores partes dividi possit. Ut tamen accuratius observari queat umbræ terminus, suadeo, ut solis radijs, priusquam in planum Horizontis incident, opponatur chartaceum quoddam folium satìs amplum cum aliquo foramine in medio, per quod paulo post folium incident in planum; sic enim umbra à circumstantibus radijs solaribus purgatior, ac sincerior in plano Horizontis comparebit.

Notandum II. Si quis hanc ipsam solis altitudinem tam in Solstitio, quam Äquinoctio magis rectificare velit, & exinde etiam loci Latitudinem accuratiorem adipisci, necesse erit, ut ab altitudine superioris limbi solaris per observationem inventâ demat semidiametrum solis apparentem (siquidem umbræ longitudine à penumbra penitus discreta accipiatur, secus enim inventæ altitudini nihil esset subtrahendum) quæ ferè 15. minutorum statuitur. Unde in Exemplo superius adducto, die Äquinoctij Meridiana solis





is aliquid Moxchij fruillet
dui 41. & 42. minutoru, si
figurato metz ab umbra
us dulcior fuerit in obser
Notandum III. Ec
i & Solstitium, non tem
po Meridie, sed ubinde
torà ante vel post Mo
nor Äquinoctiū accidat
ut 2. post Meridiem, folia a
cere auferenda erunt du
a prima, nempe pro singul
bus Äquinoctiū morte
cadit, vel subsequitur Merid
ia flagula. Quod si Ä
quinoctiū ante Meridiem, t
unc addenda erunt altiss
telligendo hæc de Äqu
inoctiū; in verno enim
nolo quoad hanc additione
rationem effagendum. D
ecidum observandi aliquidam
x loci latitudinem esse vi
faciliorem; Difficilior
rodus, qui sit per stellas
sternopolares; quia hic ac
qui instrumentis.

Adhuc major est incen
sus difficilior reprehend
tamen alicuius loci Geog
raphiæ cum nec in celo ne
cum aliquod punctum
sea constitutum, a quo
et quemadmodum loco
habet in utroque mun
cionarii Geographi cui
nulla ipsius pro libitu in
veniis construerunt, in
hanc progrelli usque ad O
ceanum numeriarum grad
ibus hoc statutum sive
sola precedencia, quibus S
ores à Sion transgredi ca
pta aula Pachinensu Infr



lis altitudo Monachij fuisset tantum graduū 41., & 45. minutorū, si (ut memini) lōgitudo umbræ ab umbra spuria penitus discreta fuerit in observatiōe capta.

Notandum III. Æquinoctium, uti & Solstictium, non semper accidere in ipso Meridie, sed subinde unā, alterāve horā ante vel post Meridiem. Si igitur Æquinoctiū accidat exempli gr. horā 2. post Meridiem, solis altitudini inventæ auferenda erunt duo ferè minuta prima, nempe pro singulis horis, quibus Æquinoctij momentum vel præcedit, vel subsequitur Meridiem, minuta singula. Quod si Æquinoctium accidat ante Meridiem, totidem minuta addenda erunt altitudini datæ, intelligendo hæc de Æquinoctio autumnali; in verno enim contrario modo quoad hanc additionem, & subtractionem est agendum. Dixi, hunc modum observandi altitudinem Poli, & loci Latitudinem esse vulgarem & faciliorem: Difficilior autem est modus, qui fit per stellas præsertim circumpolares; quia hic accuratis indiget instrumentis.

Adhuc major est incertitudo, & modus difficilior deprehendendi Longitudinem alicujus loci Geographicā: hæc enim cùm nec in cœlo nec in terra fixum aliquod punctum habeat à natura constitutum, à quo initium ducat (quemadmodum locorum Latitudo habet in utroque mundi Polo) idcirco antiqui Geographi cum Ptolomæo illud ipsum pro libitu in Insulis Fortunatis constituerunt, indéque in Æquatore progressi usque ad Oceanum Orientalem numerarunt gradus 108. Tenuit hoc statutum usque ad duo secula præcedentia, quibus Soc. IESU Patres ad Sinas transgressi cœperunt in ipsa aula Pechinenſi Instrumentis

Europæis observare aliquot Eclipses Lunares, quas observationes cùm huc in Europam missas Astronomi nostri cum suis observationibus eodem tempore institutis contulissent, luce clarius inde deprehenderunt, Pechinum regiam Metropolim (quæ ab Orientali Oceano haud procul abest) ab antiquis Geographis 30. gradus ultra versus limites ad Ortū fuisse promotā. Atque hic est antiquæ Geographiæ enorūmis error, in quo emendando laborarunt multi, & inter eos P. Ricciolus in sua Geographia Reformata, P. Martinus Martinius in Atlante Sinico &c.; cum primis verò Academia Regia Parisiensis, quæ spatium, quod est inter Insulas Fortunatas, ipsamque Lutetiam adhuc amplius contraxit, & ab Oriente in Occidentem reduxit: Qua ratione via, & terræ spatium ab Europa in Sinas adhuc amplius imminuitur. Sunt quidem, qui hisce conatibus se se opposuerunt, sed argumentis parùm firmis, prout in Geographia Artificiali fusè demonstravimus. Porro memoratus hic Antiquorum excessus inde originem sumpsit, quod Ptolomæus, alijque antiquiores Geographi suas Chartas Geographicas non ex Observationibus cœlestibus determinarint, sed ex Itinerarijs Romanorum confecerint. Hi etenim cùm hæc sua itinera non per viam rectam, sed per ambages incedendo descripsérint, semper ultra verum locorum distancias extenderunt; unde multiplicando itinera etiam errores eosque multiplicarunt, ut tandem à Fortunatis Insulis usque ad Mare Eoum in gradus 30. excreverint. Hunc defectum detexerunt iteratæ Observationes cœlestes, quæ non per ambages, ut in terra fieri solet, sed viâ rectissimâ incedunt.

E

Quam

Quam autem fallacia sint Romanorum Itineraria, multis ostendit P. Ricciolus Libr. 3. c. 3. Geographiae Reform., & nihilominus L. 8. cap. 23. multas locorum Longitudines ex illis definit. Ibidem adducit Plinium, & Antonini Itinerarium, quorum prior inter Dyrrachium, vulgo Durazzo in Dalmatia, & Bizantium seu Constantinopolim ponit distantiam milliarum Italicorum 711., posterior autem in suo Itinerario 724. Similes errores complures deprehendet is, qui locorum Longitudines concinnabit ex Itinerariis non tantum antiquis, sed etiam modernis, quae passim in lucem edita circumferuntur, uti à nobis in Geographia Artificiali pluribus demonstratum est: ubi animadvertisimus, Itinerariis utcunque fidem haberi posse, si duo loca ad invicem sati vicina sint; non item, si valde ab invicem remota: è contrario Observationes cœlestes inter duo loca sati remota plus valere, quam inter vicina; siquidem Instrumenta sunt exacta, & ad usum expedita, & ipse Observator probè exercitatus.

Interim statuendus est nihilominus locus certus, cuius distantia ab Insulis Fortunatis, & primo Meridiano sit indubitate, qualis non videtur esse Lutetia, nisi iterata Observatio eodem prorsus tempore instituta habeatur etiam in Insula Ferro, vel Palma, & simul Lutetiae, quod necdum successit. Sed neque sati stabilita videtur distantia inter Insulam Ferro, & Insulam Goëree à nautis tantum asserta, nisi etiam accurata peritorum Observatio in utroque loco accedat. Præterea sat lubrica est Observatio occultationis Satellitum Jovis (qua usi sunt Astronomi Gallicani) utpote quæ libero

oculo peragi non potest; neque omnibus semper ad manus sunt ejusmodi Tubi, quorum ope illarum stellularum Observatio ritè instituatur.

Duo igitur necessaria sunt ad decernendam loci alicujus Longitudinem. Primum est ipse locus, cui inhæret primus Meridianus, quem hodie Galli reposuerunt in Insulam Ferram, quæ est una ex Insulis Fortunatis ad Occasum remotissima. P. Ricciolus tamen Insulam Palmam retinuit. Secundum est distantia loci dati à loco primi Meridiani. Cùm verò difficultatum sit, ut omnia loca, etiam remotissima ab ipsis Insulis Fortunatis, hanc distantiam immediate accipient, satis est, ut eam habeant à quodam loco intermedio, cuius distantia ab iisdem Insulis sit certa ac definita. In hujusmodi loco intermedio non uno, sed pluribus statuendis egregiè laboravit Urania Norica, usq; ad hoc Astronomia Gallicanæ fundamentis, ipsaque Longitudine Parisiensi, cui omnes suos conatus etiam superstruxit. Haec tamen nulla comparuit Mappa Geographica, quæ super his fundamentis constructa sit.

Etsi verò hic Geographiae Locorum Longitudinis & Latitudinis observanda labor, & negotium videatur Astronomia potius quam Geographia incumbere, nolui tamen utriusque mentionem hinc prætermittere, ut inde prudens Lector possit de totius Geographiae statu & artificio sanius judicium ferre.



PARS II.